# Bonifacij de ceua purificatio ordinis mioꝝ fratrū viri clariſſimi. Frāciſceꝗ; miſtri vigilātiſſimi

# Excellētiſſimū opus de perfectione xp̄iana

diuinit⁹ editū ⁊ excogita=
tū: excellētia admirabili cōptiſſimū: ad xp̄ia=
niſſime nauicule nauclerū dextimū ſanctiſſi=
mū in xp̄o patrē modernū pontificē ſummū
Leonē. xj. Cū preclaris imaginibus primore
intuitu vniuerſam deſignātibus materiam:
dicendorumꝗ; ſenſum ſubtilem.




Proſtant in officina Johannis parui. In vico diui Jacobi: ſub Lilio aureo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sanctiſſimo noſtro Sūmo pontifici Leoni.xi. vniuerſalem chriſtianiſſimū moderabūde mo=derāti: ordinis minorū ꝓuincie Francie humi=lis miniſter Bonifacius/ cum filiali obedieñ. & famulicio merentiſſimo.

ANimaduerto pluſculos (antiſtes beatiſſime Leo pontifex maxime) multa quidē & lectu digna co=pioſiſſime ſcripſiſſe/ quales philoſophi/ quales mathematici: & q hyſtorias oratorio filo texuere/ fuerūt. Quorū q̄ tipēdenda ſit ſciētia ex eo dephendere poſſum⁹/ ꝙ vel reluctātes ad om̄e diſciplinarū genus nos ꝑtrahunt/ ībutoſq; ſemel/ ac ineſcatos nunq̄ deſerunt. Nec me hercule: queq̄ qui vel a limine ſalutarit non magnopere illa corporum celeſtiū ſapientia illectū crediderim: quippe que nature ſecreta rimari: mot⁹ cognoſcere: & eorū artem ad nos traducere potuit. Quis nō miretur ꝓfundiore matheſi quaſi diuini=tus excogitata/ imo & ſuperne infuſa nō negarim. Celos in terris cōtemplari: & cū ſuperis facilē nobis eſſe cōſuetudinē/ eſt ne auditu mirabile? Illa ꝑfecto hactenus ſi delituiſſent/ & ni rōnibus/ & ſcientiis huic ſeculo īmigraſſent humanā ſupgredi naturā viderenť. Nemo tamē inficias ibit: Sanctiſſime pōtifex ex his philoſophandi rōnib⁹ ingentes mortalibus cōparatas voluptates/ quas ad immortalitatē citra morū & virtutū pulchritudinem parū prodeſſe obnixe cōtenderim. Quid enī a Rodhope ad Gangē: a troglodite ad hyperboreos montes orbē metiri iuuat? quorſum ſaturni obliquos reſpectus/ inditam ſibi rōnem portēdentes cōminiſcemur? ſi ꝓprie ſalutis īmemo=res q̄ nos maxīe ſcire decet floccipendam⁹? Hac de re Beatiſſime pater paucis ante dieb⁹ fluxibiliū & caducorū originem ſcrutatius/ ad immortaliū cognitionē propius ad mot⁹ peregrina/ domeſticaq; ſcripta vigilanter euolui: quib⁹ ſane eueſtigio perſuaſus fui perfecto homine chriſtiano felicius quicq̄: aut apud deū acceptabilius eſſe ni=chil. Qua ex re ad hunc libellum de perfectione chriſtiana cudendū appuli factum iri operepreciū exiſtimans: ſi optima queq; religionis xpīane documenta deligens in vnū/ tanq̄ in ſertum nō penitendum concinnarem. Tueq; ampliſſime ſanctitati pietatis xpīane vindici/ & perfecte aſſertrici dicarem: rudiuſculo quidē ſtilo excuſum: tuiſq; pientiſſimis aurib⁹ forte aſperū: ſed farragine/ ſed materia haud du=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bie gratiſſimū. Eſt enī de ea re quā tuā ſanctiſſima beatitudo ſūmo=
pere cōmendat: re ſcilicet xp̄iana documentorū ſcellulis diſtinctus/
morū inſtitutis refertus/ virtutū premiis ditatus: & his q̄ ad bene
beateq; viuendū ſpectant nullo vſq̄ deſcriptis copioſiſſim⁹. Nō de=
erunt tamē (vt ſuſpicor) beatiſſime pōtifex: qui tam ſubducticiā bre
uitatem vitio dent. Non enī (dicēt) rem tantā/tāq; multiiugis opu=
lentum doctrinis tantillo tēpore/ tantillulaq; charta ſcribi decuit: q̄n
diuturniorib⁹ vigiliis/ exactioreq; ſtilo fuit opus. Nam vt ampliſſi=
mus materie cāpus (vn̄ omigene naſcunt̄ herbe) ſeſe palā offert: ita
maiore dierū curriculo in decerpendis floſculis morā paulo longio=
rem adhibere debuerim: & reuera paulū abeſt ſanctiſſime preſul quī
id mihi ſuccenſeam/ꝙ in tā anguſtū libellū/tam latā farraginē com=
preſſerim. Vnū tn̄ reſipiſcere me cogit: abs tua enī beatiſſima ſācti=
tate hylariter exceptū iri ſpero: tuis ſanctiſſimis votis vbertim reſpō
dentē. Nam vt tua ampliſſima btītudo ſacra: religionē: diuina: hūa=
naq; iura: ita perfectionē huius libelli materiā apud ſe facile reponit:
immo & iā repoſuit. Quis enī vnq̄ perfectiorē vidit? qui vigilanti⁹
cōmiſſi ſibi gregis dn̄ici ſalutem procuret? Et quid memorē tuam
ſanctiſſimam beatitudinē vſq; ab vnguiculis de repu. noſtra bn̄ me=
reri non ceſſaſſe? tum vero nunc ſimul ac diui Franciſci milites/ma
leuoli ſerpentis ſuggillatione diuiſos/in antiquam charitatem rede
giſſe: ſupra q̄ cuipiam ſit credibile optime fuiſſe meritam. O factum
bene: beaſti nos. Ex quo enim ille inſidiator/ſemīaria inuidie noſtre
profeſſioni īmiſit: mutuis rancoribus labefactata peſſum ire cepit:
tuis tn̄ auſpiciis ſanctiſſime antiſtes refloreſcet: charitaſq; (qua ſola
deificamur) recidiua pullulabit ſua ſigna reſumēs/ ſecūq; vnanimes
diui Franciſci equites ad Cacodemonas expugnandos: ad vitia ra=
dicitus euellenda officioſe ductitabit. Non ab re igitur hūc libellum
tue integerrime/& perfectiſſime ſanctitati nūcupatim dicare conſti
tui: quippe que oīa perfectionis chriſtiane puncta ꝓmeruerit perlu=
benter euoluet: tum etiā quicquid mea paruitas parturiat. Tue ſan=
ctiſſime beatitudini/totum id debitū nemo neget: ſi tuam in me be=
niuolentiam cognorit. Dum enī iſtic apud tuam beatiſſimā paterni
tatem pro cōfratrum noſtrorū vnanimitate orarem/ tam hūaniter/
tam officioſe tuū clientulū excepiſti/ totq; charitatis beneficiis proſe
quutus es: vt qd̄ ante annos ſexdecim fueram profecutus facile exo=
rarim: votiq; compos redierim/in eternū deuinctiſſimus ad optimū
maximum deum orare/ qui tuam Sanctiſſimam beatitudinem in
dies neſtoreos conſeruare dignetur. A M E N.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ad eundem. S. pon. maximum iſdem
Bonifacius

Maxime centoculo paſtor vigilantior argo:
Qui data chriſtigenas cura tuetur oues:
Piſcanti vndoſum recta eſt cui cymba per ęquor:
Tractaq; victrici retia plena manu.
Tam bene clara tuo virtus de pectore manat:
Limpida q̃ puro fonte ſcaturit aqua.
Prefulges nitidus primo ceu phębus ab ortu:
Dum nigra luciferis nubila pellit equis.
Fronte licet geſtes triplicem ſplendente coronam:
Binaq; ſacrata tæla tremenda manu.
Clauiger & clauſum reſeres ceu petrus olympum:
Et ſolas nutu vincula nexa tuo.
Tu tamen aduerſo triſti ne deſpice vultu:
Exigua ante tuos dona dicata pedes.
Vt minor eſt humili ſeruus veſtitus amictu:
Sic dat tam celſo dona minora throno.
Haud vilem ductor laticem contempſit eous:
Sæpe/mouent ipſum thura minuta Iouem.
Bene vtinã valeat tua beatiſſima ſancti=
tas. Cui animitus me commendo.

Publii Fauſti Andrelini Foroliuieñſis
Poete Regij Ad Leonem. xi. Maxi
mum pontificem Carmen.

Si petis Inſignem paſtor Romane mineruam:
Hoc lege diuinę nobile mentis opus:
Cernes cordigera latitantem in veſte thaliam:
Que canat altiſono quodlibet ore ſophos.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sæpius exili grandis ſapientia panno:
Oſſibus et paruis vaſta medula ſubeſt.
Omnigenam vt docto virtutem in pectore geſtas:
Sic apta eſt doti tanta camena tuę.
VAEL .S. .P.

Reuerēdo. P. bonifacio Iuris vtriuſq laureato
Humilis pariſeorum interpres. N. bonaſpes
Ardua teſtantur probitatem facta ſeueram:
Maximus & vires pandit vbiq labor.
Maxime propterea bonifactor ſumma reponēs
Vſq opera: innumera laude probandus ades.
Mirabuntur opus tam (ſecla futura) profundum:
Et ſtupidos reddet pagina quoſq viros.
Nonne hec/ & fidei/ & legis perfectio chriſti:
Perfectum ante omnes te referant dominos.
Ius geminū non deeſt: ſcriptura ve ſancta: nec alme
Paſſim oſtendentes materiam effigies.
Ergo haud immerito de ceua diceris: eſquod
De tua celeſti nomina vaſe trahens.
Vale. P. R. felix in euum.

Ad ſacrum perfectionis chriſtiane volu=
men iſdem. N. Bone ſpei exhortatio vt
maximos omnes adeat.
I liber alme: manus ſummi tacture beatas
Patris: qui vere eſt religionis apex.
Is leo magnanimus de ſumma prole: cohercet
Linentes (ſi ſint) ad tua vota malos.
Franciſcumq adeas ter chriſti nomine clarum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Regem: franciſci te dat origo patris
Huic eſt chriſticole perfectio maxima cetus:
Francica non dominū Regna tulere parem.
I pete philoſophos doctores atq; togatos:
Queq; dabit gratum bibliotheca locum.
Ne trepides igitur: pennis felicibus exi:
Quem perfecta dei lexq; fideſq; Iuuant.
Vale liber ſancte.

Empyreorū eterno principi Elegia. F. honorati Tomacii minoriſte: ex prouincia prouincie orti. Reuerēdū admodū. p. miniſtrū. Francie ordinis minorum Bonifacium de ceua: virtutum optimorum morum lucerna refulgētem commendantis.

O deus: o Rerum cunctarum nempe creator:
Cui dominabundo/ cuncta creata nuūt.
Dirige nauiculām petri: ſuperantibus vndis:
Naufraga ne pereat: fluctibus acta ſuis.
Dirige ne ſcopulis magnis oppreſſa tremendis:
Ampluſtreq; tue: dirige: nauis iter:
Aduerſos ventos: nimboſas pelle procellas:
Aſpira nobis: o: deus alme: precor.
Querit ad occaſum nauis: pirata recuruus:
Tartareus demon: rumpere cuncta putans.
Turcus: &/heu: frendens: querit ſubiūgere nauem.
Heu: niſi preſidium Celitus inde fluat.
O vtinam: clypeo firmetur/ & anchora firmo:
Anchora pappalis ſiſtat in omne nephas.
Anchora cardinei ſiſtat firmiſſima cetus:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cardineus cetus vibret in omne ſcelus.
Preſidibus cunctis/vtinam/moderentur habene
Eccleſie. vt viuat complacitura deo:
Gloria proinde tibi bonifaci docte miniſter
Frācigenum fratrum: quos minor ordo fouet.
Gratia debetur: quoniam feruore/laboras:
Atqꜫ laboraſti: ne tua cymba ruat.
Rite laboraſti: concreſcat vt ipſa minorum
Religio: creſcat religionis honos.
Rite laboraſti: frueretur luce ſerena.
Hoc opus excultum: nobile mentis opus.
Empyreo placeat domino: ſis ſoſpes/vt optas:
Vt magis atqꜫ magis/ multiplicetur opus.
Floreat vtqꜫ magis prouincia franca minorum
Francigenum fratrum: religione nitens.
Concupienter optime valeat tua. R. P.

Ad ſcurram ſeu zoylū admonitio.
I procul a lepido vage ſcurra volumine tennēs
Pro more authores tēpus in omne bonos.
Non hic ſpurca venus legitur: ludi ve iocoſi.
Quos pro complēdo ventre referre ſoles
Sanctis ſancta placent: cōtractant grandia magni:
Non facit ad ſcurras pagina ſancta vagos.
VALE

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Hyſtoria perfectionis chriſtiane figuratiua & preſens volumen aſpicientiū conductiua.



Ad candidū lectorem aſclepiadeadeum carmen.

Hunc lector lepidū candide codicem
Euoluas: & prorſus olympicum:
Cui perfectio pro xp̄icolis datur:
Hoc nil cōmodius/nilq; perhennius.
Antiqui ſileant: poſteritas eos
Vincit perſpicuis laudibus/& modis.
VALE.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Aſtiagis ſomnio aſſimilatiuam concepi chriſtiane perfectionis animo viſionem. Oriri ſcilicet vitam chriſti ex vtero vniuerſum facile orbem palmitum extenſione virentium vbiqꝫ adumbrantē/ cuius rei conſci⁹ celeſti oraculo pſalmiſta decantat plantaſſe dn̄m traductam ex egypto vineam (eiectis gentibus) terrā orbiculariter adimplentē/extenſis vſqꝫ ad mare palmitibus.operiente mōtes vmbra ſua atqꝫ arbuſta eius cedros dei excellente. Sed non ea fuit chriſti queadmodū aſtiagis ad vitem inuidia. Ille ſiquidem extinguere protinus ſurgentē (tactus inuidia) parabat vitem.quaſi glorie maioris q̄ ſue potentem:chriſtus vero multiplicande preſtitit gratiam viti. Aſtiagis autē tyrānidem atqꝫ inuidiam diabolus maliqꝫ homies plurimi ſunt ſecuti.ad ſuccindendā xp̄i fidem totis viribus enitētes qui licet plurimos eius palmites abſcidiſſe rati cōuellere prorſus vineam tot palmitū abſciſione putarint:cōtrarium accepere ſue intentionis finem. ¶ Siquidē roſeo madefacta ſanguine martyrū terra/ vnius loco morientis/plurimos generauit.haud ſecus q̄ moriens in terra granū frumenti vnicū plura fetoſis preſtat atqꝫ infundit ariſtis. Porro vnius exēplo martyris/plurimi ad eā (cuius gr̄a fortiter mortem obibat) fidem animati cōuertebanť.ſicqꝫ diuina factū eſt prouidentia vt quo plus emulorū nequitia ad excindendam excādeſceret vineam:eo plus virtute populoqꝫ multipliciter emergeret in gloriā/ donec vniuerſam adimpleret ſono predicatiōis terram. In fines enī terre fideliū exiſſe verba dicunť. Q̄d Eſaie vaticinio nec obſcure fuerat ꝓclamatū. Erit inquit extenſio alarū tuarū implēs terrā. O emanuel. Dn̄abitur (inquit pſalmiſta) a mari vſqꝫ ad mare:& a flumine vſqꝫ ad terminos orbis terrarū. Superbos autem operuit mōtes chriſtiana fides iugo illius potentiſſimis regibus inclinatis. Et bene quidem ſola vmbra montes coopertos edixit.qm̄ ſuperbi mundi huius principes (vt plurimū) ſolā fidei vmbrā non autē veritatem ipſam excipiunt. Arbuſta vero ei⁹ cedros dei tranſcendiſſe magno myſterio dicitur.quoniā & angelorū excellit gl̄iam (ſaltim in ipſo fidei auctore chriſto matreqꝫ eius) chriſtiana perfectio. Siquidē & chriſtus ipſe aſcendiſſe ſup cherubin:ipſa quoqꝫ mater ſuper choros angeloꝝ exaltata predicatur. Sed & incarnati verbi myſteriū reor angelorū tranſcendiſſe intellectū.licet etiam cedris dei doctiſſimos quoſqꝫ homines cōparemus. Profecto tanta ſerpit altitudine hoīs intellectus vt ipſum quoqꝫ penetret altiſſimū celum.ſed oēm humanarum vim artium indagationūqꝫ ſuperexcellit mirum in modū perfectio chri=



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtiana. Stultū Hieremias clamat omnē hoīem a ſcientia dei. Hiere. x. Siquidem philoſophi ſentētia ad nature principia ſe humanus habet intellectus. quēadmodū oculus noctue ad lucem ſolis. Radiis ei ſuis claritudo fidei chriſtiane intuentiū obcecat oculos. Eccli. xliii. Salomon q̊q; opprimi ſcrutatorē maieſtatis a gl'ia dicit. puer. xxv.

¶ O( xp̄iana pfe. ſeu fides: ex v̄aci ſapien̄. fōte xp̄o pgreſſa eſt.




¶ Conſeruatam vero plantulam vitis hui⁹ arbitror paradiſiaco in loco / nec facile ad vallem hanc noſtre lachrymabilis miſerie deueniſſe. Sed quēadmodum fluuiorū paradiſi curſum per meatus ſubterrancos defluentē poſtea gurgitem patulum / quaſi primeuo a fonte ſcaturientē euomere dicimus. Nili ſiquidem fontes exurgere ſtagno copioſo i repſiorū ethiopum terra lunari ex monte dicūtur niuem ſuſcipientes. Tigrim vero ex mōtibus babilonice regionis: & eufratem ab hiphate mōte ſcaturiginem habere videmus. ¶ Sic diu ſecretis occultiſq; locis xp̄iana fides atq; perfectio quaſi ſubterraneis educta meatibus. poſtremo ab ipſo veraci fonte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

chriſto palam egrediēs ex erecto (quaſi in medio vrbis fonte) cruc[
ligno vniuerſum cathacliſmi more rigauit. Cui haud inconueniēter alludit illa eccleſiaſtici decantatio. Ego ſapientia effudi flumina/ & quaſi trames aque immēſe de fluuio. ego quaſi fluuius dorix/ & ſicut aq̄duct⁹ exiui de paradiſo. dixi. Rigabo ortū plantationū & inebriabo partus mei fructū &c̄. ❡ Trāſiſſe aūt p̄ ſubterraneos meat⁹ xp̄ianam dico p̄fectionē. qm̄ per nature legē incognita fluxit Nā quicq̄d nature lex bonitatis habet: ab origīali ſumpſit xp̄iane perfectionis occulta irrigatiōe virtutē. Et ſicut intrīſeco ab humore radicis/ trūc⁹ flores fructuſq; patule gignit: ſic nature legē ſubterraneo preterfluēs curſu chriſtiana p̄fectio/ raros quoſdā produxit/ veluti ab occulta tā radicis virtute arboricellos. i. hoīes iuſtos. in tāta mūdi vaſtitate frugiferos/ vt Abel: Enoch: Noe. atq; alios. ceteris immenſe molis arboribus. id eſt gigantibus ſine fructu terrā ſola malicia obūbrantib⁹.

❡ Q[ xp̄iana perfectio e celo traxit originem.




❡ Nunc videre mihi videoꝛ virginem celeſti-

bus a ſedibus ꝓdeuntē ingredi ſiluam cōnexis ceſpitibus impeditā. ipſam ſcilicet chriſtiane legis perfectionem ab celeſti traductā origine mundialē iniiſſe laberinthū quo vix ſano egredi pede quiſpiā poteſt. Percurrentē vero ſilue deſertū vmbroſe tramitē raris (vt dixi) inter dēſiſſimas abſq̄ fructu imenſe magnitudinis arbores (fructuoſis quibuſdā delicioſiſſime apparētibus) obuia inſperato vagaq̄ alia ſalutauit virgo. ipſa ſcilicet incorrupta nature lex. que licet notā percurreret rectitudinis viam: quo tñ fine clauderetur. curſus finaliter ignorabat. Neq̄ enī ad beatā ſupne glorie vitam naturalis rectitudo reducere hoīem ſecluſa xp̄i grā pōt. ¶ Hanc chriſtiana pfectio cōfortatā primo ſanctis adhortationib⁹ dirigēs in optimū finē iter inſtruxit. Referre ſiquidē quoſcūq̄ morales actus in deū chriſtiana pfectio docet. Neq̄ enī optimū attingunt finē abſq̄ fide opera moraliter bona. Oīs nāq̄ infideliū vita (teſte Aug.) peccatū eſt. Nec valet eē bonū qđ fit abſq̄ deo. Vbi enī deeſt agnitio incōmutabilis veritatis: ibi falſa virtus eſt: etiam in optimis moribus. xxviii. q. i. omnis. Sic enim apoſtolus dicit peccatum eſſe quodcūq̄ nō eſt ex fide.
¶ Q᷑ pfe. xp̄iana naturalē excedat pfectionē / rōnib⁹ demōſtrat᷑.




Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Hic oꝛiri queſtio inter vtraſq; cepit virgīes naturalē ſcilicet & chriſtianā perfectionē. Sedentes enī ſub altiſſime quercus vmbra delicioſe: naturalis perfectio queſtionē ꝯtra chriſtianam mouit perfectionē. Aſſerebat enī ſe ſolā beatam poſſe vitam abſq; chriſtiane perfectionis auxilio adipiſci. Suppetias afferente q̄dam pulcherrima omniū nimpha / que dicit ratio naturalis. Hec tali argumento niſa eſt iuuare naturā. Vnūquodq; naturaliter ſeu libere agens capacitatis proprie ꝑfectionem / non impeditā / aſſequit. Sed naturalis potētia intellect⁹ & voluntatis pōt liberum habere diſcurſum / ergo perfectionē (cuius eſt capax) naturaliter aſſequi pōt. Antecedens probat. q̄m quecumq; aut naturaliter aut libere agunt. Que autē naturaliter agūt: ſcđm vltimū de potentia & propter finē agunt: ſed que ſic agūt / non īpedita finem attingunt. ergo propoſitū. Certum eſt enī non impeditū aque fluxum ꝑuenire ad mare / & lapidem ad centrū deſcendere. Que autē libere agunt: preſtituere ſibi in deſideriis poſſunt finem quaſi cōtentū ſuis limitibus mare frangēs ad littora tumētes fluctus ſuos. Iob. xxxviii. quā quidē maris equitatem non ſeruant alienorū raptores. nunq̄ cōtenti terminis ſuis. Sed in preſtituto fine quieſcere animus poteſt. ergo beatam naturaliter attingit vitam. Patet cōſequentia. quia beat⁹ eſt qui habet qđ vult.

¶Ad hanc naturalis rationis allegationem chriſtiana perfectio reſpondit nulli dubium naturaliter agentia non impedita finem attingere. libere vero agentia dupliciter aſſequi finem dici. aut finem preſtitutū / aut vltimatū. Preſtitutū quidē & finem ſub fine aſſequi poſſe. vltimatū vero non poſſe. In preſtituto autē fine beatam conſiſtere vitam oīno negauit: eo ꝙ perfecte quietari anim⁹ hoīs in creatura nō poſſit. eſt enī maiorū capax. Itaq; preſtituere finē in creatura nōdum habita poteſt: quia obiecto detinet concupito potentie actus. adeo vt intenſo actualiter circa illud deſiderio / nihil aliud eo durante poſſit appetere. Sed q̄primū deſideratam habuerit rem plena in poſſeſſione: ad aliud protinus ſe extēdet / eo ꝙ in ipſa nequeat plene anim⁹ (vt dixi maiorū capax) quietari. Sed & mutatiōi ſubiecta creatura perfectam dare aīo non poteſt quietem. ¶Ad ſubſidiū naturalis rōnis adductus eſt Tullius dicens eſſe ingeniis noſtris ſemina innata virtutū q̄ ſi adoleſcere liceret / etiam ipſa nos ad beatā vitam natura perduceret. Cui reſpondit chriſtiana perfectio. id poſſe verificari de preſenti quidē virtuoſorū beatitudine ſed nō vltimata que eterna dicit. ¶Ad auxiliū adhuc naturalis perfectionis alia ſuperuenit nimpha ſic arguens. Nihil ſeipſum excedit: ſed ſi ꝑfectio humana nō ſufficiat ſeipſam perficere proculdubio excedet ſeipſam.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Antecedēs notum eſt. Cōſequētia patet. quia ſi non poſſit ſeipſā per=
ficere/ergo erit capax perfectionis maioris a ſeipſa. Neqꝫ enim fons
capacior eſt q̄ ſcaturigine ſua poſſit impleri. ¶ Ad hanc rationē va=
lidiſſimam chriſtiana reſpondet perfectio. ineſſe homini capacitatē
que neq̄at a natura cōpleri: perfectibilis eſt autem ſupernaturali vir=
tute. Non autem incōuenit aliquā ineſſe capacitatē creature que na=
turali nequeat virtute cōpleri. Sufficit enī eam eſſe ab ſeipſa ſiue ab
alio perfectibilem. ¶ Poſt hec acceſſit alia ferēs ſuppetias nimpha.
ſic arguēs. Sūmi boni dilectione homo perficit᷑: ſed naturaliter deū
poteſt homo diligere. ergo naturaliter perfici poteſt. Antecedēs ſic
puto cōcedendū: ſi plena & inuariabilis ſit dilectio. Tunc enī perficit᷑
quia voluntate deū attingit. Minorem vero chriſtiani negant/eo ꝙ
argumentū cōcludit abſqꝫ gratia hominē poſſe ſaluari: quod eſt falſū
qm̄ gratia dei vita eterna. Ro. vi. Conſequētia vero pariter negatur.
¶ Contra ſic arguit nimpha. Voluntas hoīs non minꝰ poteſt dili=
gere q̄ intellectus poſſit bonū demonſtrare. ſed naturaliter intellectꝰ
poteſt intelligere deū habere rōnem ſummi boni/ergo volūtas pōt
ipſum ſūme diligere. Ad hanc validiſſimā naturalis intelligētie al=
legationem chriſtiana reſpōdet perfectio. Nulla naturali intellectio=
ne ſimpliciter deum cōprehendi/ſed fide tantū & analogia. Si fide:
tunc noſtram fouet partē argumentatio qua dicimus nihil habere ꝑ=
fectionis beatifice naturam/niſi chriſtiane fidei adiumēto. Si analo=
gia: tunc imperfecta eſt dei noticia/qm̄ inuiſibilia nequaq̄ adequate
per viſibilia propalātur/q̄obrem nec eorū habemꝰ ſcientiā deficien=
tibus vſqꝫ in preſens demōſtrationibꝰ. Et hec quidem exēplo patent
qm̄ philoſophi nullam verā aut determiātam dei notitiā habuerūt.
Sed variis obducti opinionibus circa ſummi boni notitiā errabundi
ſtudia finiere. qm̄ nō habuere ſcientiā dei (Sap. xiii.) Fieri tamē pōt
vt ꝓportionabiliter volūtas acceptet: qd̄ intellectus bonum oſtēdit.
Itaqꝫ quo magis deū intellectus apprehendet vt bonū/eo magis vo=
luntas dilectionem tēdet in eū. Nec dubiū poſſe ſuper oīa deū na=
turali virtute ab homine diligi/ſi naturali virtute vt ſummū bonum
poteſt ab homine apprehendi. Tenemus attamē neceſſario ad boni
volitionem cōcurrere grām dei dicēte Paulo. non habere nos cogi=
tandi recta virtutē a nobis: ſed oēm ſufficientiā eſſe a deo. ¶ Acceſ=
ſit alia dicēs. Finis eſt diligibilior hiis que ad finem/ſed ex puris na=
turalibus diligere poſſumus viſibilia que ſunt media ad cognoſcen=
dum inuiſibilia. Rom. i. ergo deū plus diligere naturaliter poſſumꝰ.
Ad hoc rn̄dit chriſtiana perfectio cōſequentiam nō valere. rō eſt: q̄a
viſibilia ſunt ꝓportionata humano intellectui & voluntati: nō autē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ipſe finis viſibiliū ideſt deus. Itaq̄ nō ſequit̄. deus eſt diligibilior creatura: ergo plus diliget̄. Bene autē ſequitur ergo deus vt finis creaturarū/eſt diligibilior om̄ibus creaturis. ſed nō ſequitur: ergo pl⁹ diligetur. ratio eſt/quia libertate volūtatis homo poteſt diligere & non diligere/intenſiuſq̄ & remiſſius diligere/nec conſueuit deus volūtatem hoīs cogere: vt neceſſario diligat. Concurrit autem ordinate volenti bonum diligere. iuxta dictū pſalmiſte. Apud dn̄m greſſus hominis dirigetur & viam eius volet. ps. xxxvi.

¶ Nunc ſatis humiliata nature arrogantia multa cum venuſtate verborum atq̄ rationum efficatia: haud ſecus q̄ ſoleat imperiali maieſtate verendus quicumq̄ orator inſtructus/ tubali proferre ſono ſermonem aſtanti copioſe multitudinis expectationi. orſa in hunc modum fari perſonuit pfectio chriſtiana. ¶ Inter mortales ob frequens viciū arrogantie laus propria merito aſtipulatur. mēdacio ſiquidē ſeu vanitate vt plurimū referta eſt ꝓpria hoīm cōmendatio. q̄obrem laudari alieno nō autē ꝓprio ore hoīem iuuat. Siquidē ea que ꝓdiens ab extraneo reſonat laus. In ꝓprio ſemp ore ſordeſcit nec excuſat̄ veritate laus iactabunda: nō itaq̄ ſeipm̄ cōmendans cōtinuo probatus eſt: ſed quē deus nūq̄ fallibilis cōmendat/inaudito tamen hoībus teſtimonio. diuorū autem īmortalium patula laus eſſe poteſt/qui nec mendacio fucant̄/ nec vanitate aliqua obuoluuntur. Non enī nobis (inquiūt) ſed nomini tuo dn̄e gl̄iam dabis. Neq̄ enī alteri gloriā deus dabit que ſibi ſoli debita eſt. gloriam meā (inqt) alteri nō dabo. Igitur ſoli deo honor debet̄ & gloria. Ego autē veraci prodiēs a loco/ nec mēdaciū admittā: nec vanitatē ſectabor. quēadmodū filii hoīm diligentes vanitatē & mēdacium vbiq̄ q̄rentes. Diuīa ſunt (quib⁹ vtor atq̄ approbor) teſtimonia credibilia nimis homini iuſto. In celo pater: verbū atq̄ ſpūs ſanctus mei certiſſimū perhibēt teſtimoniū. In terris vero ſcripture om̄es tum diuine tum humane confiteri meā dignitatem vident̄. Innumerabilis poſt hec martyrū atq̄ aliorum ſanctoꝝ caterua veritatis mee certitudinem clariſſima voce declamat. Quā glorioſus angelorū atteſtatur exercitus. Patriarcharū prophetarūq̄ approbauit mirando inſtrumēto ſenatus. Itaq̄ audi me filia tu. natura & inclinata rationis ac fidei aure. vocem eloquii mei auſcultare feſtina.

¶ Qđ chriſtiana perfectio non cõſiſtit in verbis.




CHriſtianam perfectionẽ paſſim omẽs deſcribunt/ſed non omnes certatim imitãtur. nec eſt finis cõponendorũ librorum. cõpoſitionis autẽ morũ/exigua inuenitur & rara ſollicitudo. Magnũ quippe atꝗ magnorum opus eſt mores compoſuiſſe bonos. Non capit vilia pectora/nec ſe ignobilibꝰ infundit animis ardua ꝟtus. Que nihilominus multos habet laudatores raros vero amatores/pauciſſimos autem ſui poſſeſſores. Eſt enĩ ea virtutis gratia vt etiã emulos atꝗ hoſtes proprios cogat ad ſui laudem. Quo fit vt plures habeat laudatores q̃ dilectores. laudantibus eam tum amicis tũ hoſtibus/ab amatorꝝ vero numero detrahũtur hoſtes. ¶ Eſt & alia ratio/quia de virtutibus diſſerere nõ niſi partis intellectiue videtur operatio/que naturali profluit neceſſitate. diligere vero ab volũtatis prouenit libertate. Neꝗ enim neceſſario voluntas diligit prout intellectꝰ intelligit. neceſſaria enĩ intellectus eſt operatio: voluntatis vero libera. que nihilominus non niſi in preco-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gnitum fertur. Duo itaq; ad virtutis concurrunt dilectionem/intelli
gere ſcilicet & velle. Ad eius ꝟo laudem intelligere ſufficit. Sed &
pleriq; vacui virtutibus operepreciū ducunt laudare virtutem/eo ꝙ
virtutis laudatione laudē ſibi exiſtiment vendicare. Sed eos reor di
gnos virtutis laudatores/qui eam operibus colunt. laudent (inquit)
eam in portis opera eius. Prouerb. vlti. Non enī propter ſcire quid
ſit virtus: ſed vt virtuoſi ſimus eam perſcrutamur. ii. ethico. ca. ii.
¶ Non igitur auditores ſiue predicatores virtut(: ſed factores iuſti=
ficari dicunt̄. Inutile quippe eſt bene loqui: & viuere male. q̄ facile
eſt hoībus bona loqui ſcribere vel audire: ſed nō eque videtur facile
operari. Neq; igitur ego ſi perfectionem chriſtianā ample diſſerue=
ro: ob idipſum ꝑfectus ero chriſtianus: ſed ſi cōpleuero facto qđ ſcri=
pto commendo. Iuuat autem plurimū ad bene loquendum bona vi
ta. quia qđ quiſq; melius nouit: idipſum melius loquit̄. i. Ethicoꝝ.
Non eſt autem alia q̄ practica melior noticia. q̄obrē & vberiorē ha=
bent profluxum & efficatiorē vehemētiam bonorum verba. qm̄ ab
ipſo cordis fonte impetuoſe ſcaturiūt. Iniuſtoꝝ vero ſermones ex=
tremitate tantūmodo promuntur lingue: vix quicq̄ ſecum ferentes
energie/ quia in ſuperficie habent diſcurſum/non attingentes cor=
dis medullas/eo ꝙ non illinc quoq; ꝓdeant. ¶ Queadmodum enī
deducta meatibus aqua proportionabiliter ad ſuum aſcendit initiū
vt patet in ea que ex fontibus erectis reſultat in altum/neq; vlla fie=
ri poteſt arte: vt altius ſuo cōſcendat initio. Sic prodiens ab intimis
oratio: auditorum facile penetrat corda que gladio ancipiti omnia
diuidenti comparatur. (Heb. iiii.) extremitate autem prodiens la=
biorum/extremitatem ipſam auriū non cordis medullas attingit.
verba autem ſapientum ſtimulis ꝯparantur. Eccles. vlt. eo ꝙ vtroq;
ſtimulent latere (verbo ſcilicet & exēplo) audientiū mētes. Delica=
ta eſt milicia (ſm Hieronimū) pugnanti ictus dictare de muro: &
cum ipſe vnguentis delibutus ſit: cruentum militem accuſare libidi
nis. delicatus eſt magiſter qui ventre pleno de ieiuniis diſputat ac=
cuſare auariciam: & latro poteſt. Nullus rite in alio accuſat mores:
quos proprio videtur facto ꝓbare. vt. ff. ad. l. iul. de adul. l. ſi vxor. C.
de inoffi. teſta. l. in arenam. Nam quod quiſq; iuris in alium ſtatue=
rit: debet eo vti. ff. eo. ti. l. i. Oportet enim prius animas: deinde lin=
guas fieri eruditas in prohe. ff. ve. §. fi. Siquidem incontinens hone
ſtorum habens ſcientiam: & perpetrans inhoneſta: ſimilis eſt dor=
mienti: qui ocioſam habet ſcientiam (ſm philoſophū. ii. mo. ca. vi.)
ergo non prodeſt cuiq̄ ſolis bona dicere verbis. Ni pia mens habeat
quod bene lingua ſonat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## ¶ Q̄ xp̄iana perfectio naturalem excedat.




CHriſtianam pfectionē longe ceteris preſtantiorē oīs xpia
nus facile perſpicit. Natura enī triplicē cōtulit hoī pfectio
nē/corporis/aīe & morū. Eorū dico morꝫ q̄ nature ꝓcreā
tur inſtinctu documentoqꝫ: nō autē eorū qui bonis magi
ſtrorum doctrinis aut alio mō querunt᷑. Corpori quidē cōplexionis
forme roboris agilitatiſqꝫ cōtulit perfectionem. Sed nihil horū ppe
tuo ſola donare pōt. Nam & diſſolui cōplexa neceſſe eſt/qm̄ cōtraria
ſimul iuncta nūq̄ perpetuā ſeruare vnionē poſſunt. violēta ſiquidem
(licet naturalis) videt᷑ eorum cōnexio: q̄obrem & corruptibilia eſſe
& quandoqꝫ corrumpi neceſſe eſt (ſm philoſophū) Q đ quidē fatum
miſerabile cōtinua nos experientia docet. En morimur oēs: nec eſt
qui viuere ineternum poſſit. quis eſt homo (inquit) viue ns & nō vi
debit mortem? ps. lxxxviii. ſcilicet om̄e ſacrum mors im portuna ꝓ
phanat. Om̄ibus obſcuras iniicit illa manus (ſm Oui.) Et quidam.
O mors ſeua nimis: cur ſeuis ſemp in omnes. Et prius inſo ntes ſan
guinolenta rapis? vn̄ bene dicit mālius. Naſcētes morimur: finiſqꝫ

ab origine pēdet. Hanc nature impfectionem christiana releuat perfectio reſurrectione vitali atq; ineternum duratura. Credim⁹ enim mortale hoc induiturū quādoq; immortalitatē/& corruptibile hoc īduiturū incorruptionem. i. Cori. xv. que nō niſi chriſti nobis pueniēt merito. Arguit eni aplus ex reſurrectione chriſti nos reſurrecturos. Hec eſt chriſtianorū beata ſpes qua morti tradere corpora p chriſti amore nō dubitarūt ſancti martyres. credentes meliorem ſeſe habituros repoſitam reſurrectionis gratiam. Heb. xi. & pro preſenti morte vitam cōſecuturos eternā. venient (inquit pru.) cito ſecula cū iam ſocius calor oſſa reuiſat. Animataq; ſanguie viuo: habitacula priſtina geſtet. que pigra cadauera pridē tumulis patefacta iacebant. volucres rapientur in auras: animas comitata priores. ❡ Igit̄ progreſſe ſimul vtreq; virgines naturalis ſcilicet & christiana perfectio: deuenere in ampliſſimū mortuorū agrum. vbi ſepulchra tumebāt innumerā. Inter q̄ mirabili fabricata ingenio ſupeminebant aſſiriorꝝ quōdā regū & egyptiorū monumēta. Nini nouē ſtadiorꝝ altitudine: latitudīe ꝟo decē (vt etheſias refert) pminebat ſepulchrū. Tarine ꝟo nō latebat ſacarꝝ regine ſepulchrū: qđ pyramide triāgulari ꝯſtructū. i q̄libet latere trib⁹ ſtadiis protēdebat̄. Altitudo aūt erat ſtadii vnius ꝟtice ī arctū ꝯſtructo/addita ſepkchro aurea ſtatua īſtar coloſſi. Aliđ cheopis mirabile monumentū proſtitutione vidit proprie nate conſtructum. Demum epheſtionis illud mirabile (iuſſu alexandri) cōpoſitum apparebat ſepulchrū/hunc epheſtionem tanta cōplexus eſt beniuolētia magnus alexander: vt ſiſigambi captiue darii vxori veniam alexandro poſtulanti/ꝙ epheſtionem loco alexandri primo ſalutaſſet ignara perſone reſpōderet epheſtionem quidem alexandrū eſſe. ❡ Spectabile nec minus adriani imperatoris illud ingens eminebat ſepulchrū. Qđ nunc ſancti angeli caſtrum Rome nominatur. Mira certe illius fuit ſtructura que gottorum tempore ab grecis in ea obſeſſis arce/ob defenſionem diſſoluta eſt. Siquidē aliis deficientibus que in hoſtes proiicerent miſſilibus egregia ſculptos arte lapides proiecerunt/& longi temporis opus/infelix hora vna deſtruxit. Aliorum quoq; regum & principum vario ſculpta lapide monumēta patebant: eorum vero que nulla nobilitatis preferebant inſignia: non erat numerus. hoc in campo proſtrati omnes ab Adam vſq; ad vltimum mundi habitatorem/ſine delectu iacebant.

❡ Iactanti ſe omnium horum productiōe naturali perfectioni. Reſpondit chriſtiana fides. ꝙ omnes hiis obrutos tumulis produxeris homines infundente deo corporibus animas perfectionis eſt. ꝙ aūt ſeruare ne perirēt nequeris impfecte ꝟtutis. Nunc vero ſi mortuos reuocare potes ad vitā: perfectionē maximā videro tuā. Si ꝟo neqs

fatere maiorē ꝟtutis mee poteſtatē que mortuos ad vitales iterū reſtituere poſſum flatus/ & ſpm̄ ꝑmanentē viuent mortui & interfecti mei reſurgēt (Eſa.xxvi.) que oīa iam ezechieli monſtrata fuere: vbi reſurgere vidit exercitū mortuorum. Ezec.xxxvi. Hanc ꝟtutis mee grām Iob illuminatꝰ agnouit dicēs. Scio ꝙ ī nouiſſimo die de terra ſurrecturꝰ ſū: & rurſū circūdabor pelle mea et ī carne mea videbo deū ſaluatorē meū. ¶ Cui rō naturalis. mirū tñ videt̄ a priuatione ad habitū eſſe regreſſum quē philoſophꝰ negat. Cui xp̄iana fides ait. Mira ꝑfecto et miraculoſa eſt mortuoꝝ reſurrectio/ q̄ nō naturali ſed ſupernaturali fiet virtute. Neq̄ enī implicat contradictionē vt ſit deo impoſſibilis. Poteſt enim deus quecūq̄ contradictionem non implicant. Nulla eſt autem contradictio ſeꝑatam animam iterū reuocare ad corpus. que prius illi quidem infuit: non enim eſt annichilata licet ſeparata a corpore anima nec corpꝰ ipſum licet in preiacentem reſolutum fuerit materiā oīno deſit. Semper enim in ea reperiuntur corporis partes materia/ ī quam eſt reſolutum. Itaq̄ nō omino priuatur quo ad materiam: licet priuetur q̄tum ad formam. Sed neq̄ deo impoſſibile eſt idem corpus numero anime coaptare/ qui potuit ex nichilo animā corpuſq̄ formare. Non eſt autem maiꝰ renouare/ q̄ nouas rebus inducere formas. Plus eſt enim ex nichilo creare: q̄ creata iterum reparare. ¶ Contra arguit naturalis ratio. non eſſe conueniens miraculoſa eſſe que vniuerſaliter fiunt: reſurrectio autē mortuoꝝ generalis omniū erit. ergo nō videtur miraculo fieri. q̄obrem arguit eam impoſſibilem/ qm̄ naturalis eſſe nō poteſt neq̄ miraculoſa eē debet. Qꝛ nō poſſit naturaliter fieri: ꝑfectio ipſa naturalis aſſentit. & patet rō: qm̄ oīs rerū naturalis renouatio vel annuatī fit: vel certo tp̄e ꝯſtituto: vt patet in arboꝝ florū/ fructuū/ frondiū/ feniciſq̄ et pēnarū alituū/ atq̄ ſerpētis pelle renouatione. Sed ab adam vſq̄ ī vltimū decedentē: natura neminē renouauit/ dēpto xp̄o & hiis q miraculo nō naturali ꝟtute ſurrexerūt. Ergo nō videt̄ futura mortuoꝝ reſurrectio naturalis. Chriſtus etiā nō naturali virtute hūana. ſed diuina (licet ꝓpria) ſeipſū a mortuis ſuſcitauit: q̄obrē Heliam helyſeūq̄ & ceteros mortuorū ſuſcitatores excelluit. qm̄ illi qdē alios: ſed nō ſeipſos ſuſcitare potuerūt. Xp̄us autē & alios & ſeipm̄ ꝓpria potuit ſuſcitare ꝟtute/ exaltare (inqt pſalmiſta) in ꝟtute tua. Nō igit̄ aliena ſed ꝓpria ꝟtute xp̄s a mortuis ſuſcitatꝰ: fideles ſuos ſua nūc grā ſuſcitat a pctis. oēs ꝟo ſua ꝟtute in fine mūdi a mortuis excitabit/ miſſis cū tuba beatꝛ angelis/ q oēs ad iudiciū euocabūt dicētes. Surgite mortui & venite ad iudiciū. Miraculoſam etiam non conuenire fieri reſurrectionem iam probatum eſt. ergo non videtur vllo modo futura: quod pleriq̄ opinantur errantes.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

❡ Ad has naturalis rationis argumentationes concedimus: non naturalem eſſe mortuorum reſurrectionem: ſed non negamus miraculoſam. quoniam (et ſi q̄ vniuerſaliter fiunt) naturalia non miraculoſa exiſtant. Non tamen propter hoc negandū eſt poſſe miraculo fieri quod non poteſt natura / cum igitur naturalis eſſe reſurrectio nō poſſit non negatur poſſe miraculo fieri. Q ( autem dicimus non conuenire miraculo vniuerſalia fieri. Diſtinguendum eſt. Aut vniuerſitate tempoꝝ et ſuppoſitoꝝ (quomodo fit quotidie hominū generatio: et plantarum productio) et ſic verū eſt aut vniuerſitate ſuppoſitoꝝ ſed non tēpoꝝ (ſicut erit reſurrectio hominū gn̄alis q̄ ad om̄s hoīes ſed nō q̄ ad oīa tēpora) ſemel enī tm̄ futura eſt. Iterū dico aut illud eſſe miraculum apud hoīes: et ſic miraculoſa erit reſurrectio. vel apud deū et ſic nō eſt miraculoſa. qa apud deū nichil eſt mirabile. Ecclī. xxxix. ❡ Sed iterum arguit natura non valere euaſionem. qm̄ illud miraculū dicimus: quod inſolitū / et ſupra humanam fit virtutē ergo reſurrectio q̄ fit dei virtute dicitur miraculoſa. ❡ Reſpondet xp̄iana perfectio. Nūc quidem nō dediſſe virtutē ſuſcitādi mortuos nature deum. In fine vero mundi fortaſſe daturū q̄obrem nec miraculoſa tunc erit. niſi reſpectu virtutis naturalis vt nūc. Item nō inconuenit deum ſibi reſeruaſſe aliquid ſupra cōmunē nature curſū / quod vniuerſaliter ſuo tempore manifeſtetur. Cōmunis eſt enim doctoꝝ opinio diuina non naturali virtute reſurrectionem futuram q̄q̄ nō videatur incōueniens eo tempore daturum nature virtutem reſurrectionis deū. neq̧ enim īplicat ꝯtradictionem quod prefuit ſemel diuina virtute et iterum aliquid p̄exiſtit naturali poſſe virtute renouari deo id nature nouiter concedente. Sicut enī nūc motu celi oīm ꝓducitur generatio / ſic fortaſſe ceſſante motu ſtatus ipſe oīm qui p̄terierunt hoīm reſurrectionem poterit miniſtrare. Formam quoq̧ non longeuam natura preſtat corpori. Exigui quidem tēporis donū eſt corporis pulcritudo Seneca Et oui. Illa decēs facies longis viciabit annis. Rugaq̧ in antiqua fronte ſenilis erit: nec diu ſpectabiles forma homines reddit quam populatur etas / queādmodū paulatim alba liguſtra cadunt (ſm̄ virgilium) et alluuione paulatim terra conſumitur. Iob. xiiii. Tēpore ſeneſcūt omnia nec eſt qui in eodē ſtatu permanet homo humani generis conditio ſemper in infinitū decurrit / nec eſt quod ſtare in ea perpetuo poſſit. C. de ve. iu. enucle. l. ii. Hāc igitur nature īperfectionem xp̄ana ſupplet perfectio / qm̄ ſaluatorem expectamus dominū noſtrum Ieſum chriſtū qui reformabit corpus humilitatis noſtre: cōfiguratū corpori claritatis ſue. Phil. iii. ſtolam iocunditatis īduent iuſti fulgentes vt ſol in cōſpectu dei: qm̄

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

amicientur lumīe quaſi veſtimēto. p̄s.ciii.et velut ſponſa decorabū
tur eterna pulchritudinis gloria. Eſaie.lxi. ¶ Robur vero nequaq̄
perpetum ſimiliter nec agilitatē natura hominū confert. Seneſcen
tem ſiquidem hec omnia deſerunt (Eccleſiaſtes vltimo) et nutabūt
viri fortiſſimi vt vix ad os afferre valeant ciphum.et recto incedere
paſſu.baculo ſuſtentantur ſenes olim fortiſſimi.et curuo paulatī in-
cedunt dorſo.lentoq; gradu tremuli:ſaltatores decrepiti pergunt vix
ad quadrageſimū comitatur annū agilitas hominē: robur autē ad
quinquageſimū et vltra plures aſſociat ſed non preterit ſexageſimū
vt ī plurib⁹ enī hic incipit labor et dolor. p̄s.lxxxix.q hoīem comitat̄
ad mortē. Hanc autem nature imperfectionem xp̄iana perfectio re
ficit qm̄ dabitur laſſo virtus et infirmis robur atq; fortitudo adiiciet̄
Aſſumēt quoq; pennas vt aquile volabūt nec vltra deficient. Eſaie.
xl. Habiturum dotes corpus glorioſum dicimus. claritatem / agi-
litatem / impaſſibilitatem et ſubtilitatē. Et has quidē dari a deo cor-
pori diſpoſitiuas ad beatitudinē / conſummari autē ab anime gloria
in corpus redundate. Anime autem intelligendi atq; memorandi li
bereq; volendi natura hoī perfectionē ꝯceſſit.ſed imperfecta hec om
nia. Nam et erroribus atq; ignorātia intellectus obducitur vt vix ad
veritatē ſe explicet attingendam. eo ꝙ tenebris omnes inuoluimur
Iob.xxxvii.et ſtultus dicitur om̄is homo a ſcientia dei. Hieremie.x.
Sunt nichilominus qui explicatum habeant ingenium vt faciāt ma
la. Hieremie.iiii.et iniqtates ſcrutent̄. p̄s.lxiii.ſed neq̄q̄ perfectionis
habet imaginem quodcūq; malum eſt. Criſtiana autem perfectione
et errores aufugiūt.et tenebre colluſtrant̄.fide ſiqdē et errores abiici
m⁹ et ꝟitatis ſupne lumē attingim⁹. C.in epiſtola.nichil enī clari⁹ lu
cet q̄ ſana fides / et poſt vite p̄ſentis tenebras merito xp̄iane p̄fectio-
nis ad agnitionem ſupreme prouehimur veritatis. Sapien.xv.q̄ eſt
noſſe deum in qua quidem dei noticia vitam habemus eternam. Io-
hānis.xvii. Memorādi pariter labilis eſt potētia. C.de ve.iu.enucle.
l.ii.non eſt enim humanitatis oīm habere memoriā.qm̄ ſuccedētes
ſibi inuicē ſpecies diuerſe remouent vel alterant precedētium recor
dationē.hinc eſt ꝙ vaneſcit abſens / et ſepe nouus intrat amor cordi-
bus hominū. Xp̄iana vero perfectione cōtingit in preſenti quidem
firmiorem habere beneficiorum dei memoriam preſertim ob xp̄i
paſſionem. Cuiuſquidem memorie memor ero et tabeſcet in me a-
nima mea. Threnoꝝ. iii. dum recordabor pauptatis ac trāgreſſiōis
chriſti / qua tranſgreſſus eſt ab maieſtate ī humilitatē abſintii quoq;
et fellis. Sed obliuioni ſe datum ī quorūdam cordibus ꝯqueritur ipē
dicens. Obliuioni datus ſū tāq̄ mortu⁹ a corde. p̄s.xxx. Quāobrem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

voluit domin⁹ memoriam ſue paſſionis miro apud nos quotidiano myſterio renouari. In ſacrarꝝ celebratione miſſarum. vt ample diſſe ritur de conſe. di. ii. per totum et in cle. de reli. et vene. ſanc. In futuro autem ſolidatam ſine lapſu memoriā obtinebimus memores bene ficiorꝝ/in iugem dei laudem ora ſoluentes. Iuxta illud Beati qui ha- bitant in domo tua domine in ſecula ſeculorꝝ laudabūt te. ¶ Volē- di ſimiliter libertatem natura in malū eque ſicut i bonum/quinimo & prompti⁹ in malum dedit ꝙ̄ in bonū. Nam pronos in malū ſenſus homnis ſcriptura teſtaꝛ. Geneſis. viii. xii. q. i. Omnis etas. xx. q. ii. ꝓ cliuis. In aucten. de. mo. collꝫ. i. §. triennii. Quamplurimi canones imitantur. Non eſt autem pfectionis ea que in malū eſt libertas neqꝫ enim deus malum poteſt velle ꝙ ſūmam habet pfectionē atqꝫ oīmo dam libertatem. Eſt enim defectus poſſe animū ad vicia cōuertere atqꝫ peccata qm̄ oportet cōuertibilem habere ad conuerſiua ſimilitu dinem Si igitur ad malum quis voluntatē conuertit amādo/oporte- bit ipſam que conuertitur voluntatem ſimilitudinem habere ad ip- ſum cui afficietur malum/ et in ea parte defectum habet bonitatis. Proportionata ſiquidem vnibilia eſſe oportet Nunꝙ̄ igitur vnietur malo ꝑ affectū perfectiſſima volūtas/eo ꝙ nichil ad malū habet pro portionis. Sic et beati angeli libertatem habentes pleniſſimā neqꝫ̄ poſſe malū velle dicunꝛ. Sicut ecōtra demones bonū velle nequeūt licet arbitrii naturalem habeāt libertatem. Neqꝫ enī demones ami ſiſſe dicim⁹ naturalia/ſed gratuita tm̄. Porro artatā in eis hāc liber- tatem non ablatam credimus glo. in. c. ꝙ. epiſcopus. xxiii. diſt. Sicut angelorꝝ beatorꝝ confirmatā in bono. ꝙ̄obrem nec hii quidem malū nec bonum illi iam velle poſſunt/licet naturalis inſit vtriſqꝫ bene ac male volendi libertas. Sed iſti quidem a deo bonificati diuina ſunt adheſione pfecta vt neqꝫ̄ aptitudinem videātur habere ad malum: Illi autem a deo in ꝓpria obſtinati ſuperbia malificati vt neqꝫ̄ volē di bonū habeant habitudinem que pariat actum. Manifeſtum eſt igitur non eſſe perfectionis poſſe malū velle ſicut nō eſt perfectionis domum poſſe in ruinam venire. An non perfecti⁹ eſt celum quod ca dere nullomodo poteſt? Natura igitur pfectionem quidem dedit li- bertatis ſed impfectam. Chriſti autem gratia perficiꝛ hec libertas qua facile velimus bonum et fugiamus malum reſpuentes malicie libertatem. ſeruitutē vero diuine ꝯplectentes iuſticie. Ro. vi. Porro diuine eſt gratie inclinationē potius ad bonū ꝙ̄ ad malū habere. Sic enim orat pſalmiſta. pſ. cxviii. Inclina cor meū deus in teſtimonia tua et nō in auariciam. neqꝫ enim ad auariciam ſiue ad cetera ꝙ̄libet peccata deus inclinat hominis animum. ſed niſi ipſe in teſtimonia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſua cor noſtrum inclinauerit: ad auariciā/cetera ve vicia ſua ſponte flectetur. Poſitiuū igitur eſt auxiliū inclinatio ad bonum/ad malū vero ꝑuatiue tantūmodo dicitur deus inclinare/ qa non ferat opem parieti iclinato et macerie depulſe. p̄s.lxi.i. aīe a deo derelicte et ad malum inclinate. q̄obrem dicit. Oſee. xiii. Perditionem noſtram ex nobis quidem eſſe: auxilium vero ex ipſo. Cōfirmat enim deus iuſtoꝝ corda ne cōmoueantur donec erepti a preſenti ꝑiculo deſpiciant iam in celis poſiti cunctos inimicos: et quoniā perſepe cadimꝰ ſupponit deus manum ſuam ne collidamur. p̄s.xxxvi. niſi quia dn̄s (inquit) adiuuit me: paulominus habitaſſet in inferno anima mea p̄s.xciii. Confirma igitur o deus quod oꝑatus es in nobis ne te (qui es verum atq̧ ſūmum bonum) deſerentes/ad malum voluntatē inclinemus. Eſt autem omne illud malum quod abs te nō eſt/michi autem quid eſt ī celo: et a te quid volui ſuper terrā? deus cordis mei et pars mea deus ineternum. Quia ecce qui ſe elōgant a te peribūt michi autē adherere deo bonū eſt vt vnus ſpūs oīmode fiam cū eo.

¶ Morum quoq̧ perfectionem quandam videtur natura homini dediſſe/ quoniam et nullum ledere/ et alterutrum iuuare ſuaſit. ff. de iuſti. et iu. l. i. §. ius naturale. Opera quoq̧ conſeruatiua tum indiuidui tum ſpeciei naturali quadam inclinatione monſtrauit. Sed non vſq̧ adeo potens eſt nature regula (vt ne vltra limites ratiōis ꝓlabantur homines) valeat cohercere: nam et in cōſeruatione indiuidui per īmoderantiam cibi et potus frequenter peccant. et in conſeruanda ſpecie animalis per inordinatam ſepe libidinem vicia cōmittunt. Non enim vicium natura gignit: ſed affectus īmoderate a potentia nature exurgens. quod neq̧ natura ꝓprie parturit neq̧ (niſi nature haberet fomitem) proſiliret Eſt quidem vicium omne volūtarium: ſed niſi natura voluntati miniſtraret incentiuum. Ipſa volūtas ī vicium minime declinaret. Quis vnq̄ mentis inops acquirere orbem concupiuit? aut quis cecus oīno in ſpeciem mulieris exarſit? quis obtuſis auribus in iram excanduit contumelie? Aut qs fractis oīno viribꝰ arma crudelia petiit? Nū forma extra formā qn̄q̧ īduci poteſt? Eſt quidem ab voluntate peccati formalitas / cui materiā ſubmiſtrat. Interius quidem bulliens incētiuū nature. exterius vero obiectum creature ¶ Quo vero ad ſecundum quod eſt nullum ledere videmus cayn primū omniū homicidam nature legem in fratricidio tranſgredientē: dum ledit quem potius iuuare debuiſſet. Gen̄. iiii. homo enim hominis cauſa natus eſt/non vt obſit ſed proſit/qm̄ hō hoī debet obſequiū. ff. de ſer. expor. l. ſeruus ea. et preſertim ſacerdos cuius (ſecundum Canones) officium eſt nulli obeſſe: omnibꝰ au

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tem ꝓdeſſe. Eſt enim nature lex nulli quod tibi nolis & alteri quod tibi bene velis efficere (tho. iiii.) demū ſuſtentande vite cauſa ſobrie cibum potumqꝫ ſumere: poſtremo conſeruande ſpeciei gratia moderate mares in feminas congredi natura ſuadet / adeo vt nullo ſit opus ad hec inſtructore. Ipſa namqꝫ natura ſufficit ad doctrinam & actum. Sic enim dicitur eſſe de iure naturali maſculorū in feminas congreſſus. di. i. ius naturale. Sed videamus q̄ cito violata fuerit recta nature inſtitutio. Nonne ipſe prothoparens rectus a deo creatus homo repente per imoderātiam / nature fregit legem / atqꝫ preteriit diuinum miſerando caſu preceptū. Dum fructus vetiti allectus pulchritudine cōcupiuit quod nō decuit atqꝫ guſtauit q̄d nocuit? Nōne cayn vt dixim⁹ nature legē homicidio violauit? Nōne protin⁹ illi q̄qꝫ famoſi gigantes in luxuriam fractis oīno nature legibus irruperūt? Gene. vi. Nonne membrotis poſt hec primus in oppreſſionē ceteroꝝ potentiſſim⁹ exurrexit? Geñ. x. Illic poſteriorum cuncte tyrannides ortū ſine fine ſūpſere. Fragilis igit̄ nature lex neq̄q̄ diu ꝑfectis detinuit moribus homines. Si quis miretur adam nulla in malum inclinatione preſſum peccaſſe. non enim peccat optima nature inſtitutio / quam fuiſſe in adam om̄es abſqꝫ difficultate fatemur. Si igit̄ & corporis & anime recta fuit ī adam inſtitutio / vt neqꝫ ſenſualitas inclinaret: neqꝫ voluntas rectiſſima declinaret ad malum: quomodo peccaſſe dicem⁹ adam? Siquidem volūtatis deprauatio ab appetitu corrupto exurgit ſenſitiuo / & ipſa voluntatis deprauatio peccatū eſt Intellect⁹ autē ade nullo circumueniebat̄ errore nec volūtas ſuapte natura declinabat in malum. q̄obrem videtur difficile peccatum ei⁹ Ad quod reſpondemus non formali peccaſſe ignorantia adam: nec expreſſo in malum poſt diſcurſum rationis aſſenſu ſed īaduertentia quadam / & conſiderationis negligētia tranſgreſſionis pondere paruipenſo. ¶ Criſtiana autē perfectio / multo fortius & proximi vetat leſionē. & multo amoroſius precipit ſiue hortatur dilectionem q̄ nō modo violentam prohibet rapinam: ſed etiam munificam precipit elemoſinam. adeo vt eternis ille dānetur incendiis / qui eſurienti denegauerit cibum. aut potum ſitienti. & nudo nō porrexerit veſtimētum (matthei. xxv) quam quidem ſecuti ꝑfectionē pleriqꝫ ſanctoꝝ vniuerſam domus ſue ſubſtantiam pro xp̄i amore pauperib⁹ aut eccleſiis dedidere quod nullus vnq̄ ante criſtianā legem legitur adimpleſſe. ¶ Frugalitatē vero xp̄iana precipue cōmendat perfectio. vt plurimi ſanctorum non modo frugi cibis vſi fuerint: ſed etiam miranda potiuſq̄ imitanda ediderint abſtinentie ſpectacula. nec vllo modo chriſtiane perfectionis partem conſequitur / quicūqꝫ luxui di-

boꝝ afficitur. tempore vero legis nature gigãtes illi ante diluuiū
etiam infantes teneros ad voluptatem voraſſe dicuntur/quod ſcelus
maximam diluuii cauſam dicitur prebuiſſe(ſi beroſo creditur) quod
opinioni theologorum contraire videtur/qui aſſerunt nullum an-
te diluuium fuiſſe carnium vſum. Carnis autem luxuriam adeo
xp̄iana reprimit perfectio vt non modo poſſidere vnicuiqꝫ vas ſuum
in ſanctificatione doceat excluſa deſiderii paſſione: ſed etiam ad per
petuū plures adducat celibatum. Hinc plura ſunt virginibus chriſti
erecta monaſteria. Hinc populoſa tum viroꝝ tum mulierum cater-
ua in diuinas ſeſe laudes accumulat. Nam licet ante xp̄i aduentum
nonnulle ꝟtuoſiores femīe in dearum obſequium ꝟginalem exhibu
erint caſtitatē vt ille que vel veſte: vel diane obſequio erant dedicate
non tamen vel numero vel merito chriſti virginibus veniūt compa
rande ❡ Si quis autem arguat neqꝫ perfectioni dedicandum eſſe ce
libatum/qa priuationem dicat ſobolis procreande/porro cunctis le-
gibus mulierum virorumqꝫ fecūditas gloriam. ſterilitas vero igno-
miniam habet: hinc infecundas dn̄s ſua lege dānauit. Exo. xxiii. li-
gurgus legiſlator lacedemonioꝝ quoqꝫ/priuatas eſſe honore voluit
eo ꝙ nō pareret q̄ ceteros honoraret. Quis enī aridū virenti fructuo-
ſoqꝫ preponat ligno? An non mauult imperator liberis ciuitatem q̄
pecuniis repleri? Nōne & natura ad hoc mulieres ꝓgenuit vt partꝰ
ederent quibus maxima in hoc cupiditas inſita eſt. C. de indic. vidu.
tol. l. ii. nichil autem natura facit fruſtra. Dicit autem philoſophus. i.
poli. c. i. ꝙ oportet cōbinare eos qui nō poſſūt eſſe niſi ſimul/vt marē
& feminam generationis cauſa. quia naturale ineſt omnibus deſi-
derium relinquere aliū ſibi ſimilē. ff. ſi pars here. pe. l. antiqui. Qua-
re videtur longe ab omni perfectione virginitas. ❡ Dicendū michi
videor virginitatis cōſtantiam ſūmam attingere virtutis apicem:
¶ Sunt preterea alie rationes plurime quibus precellere xp̄ianoꝝ arguamus ſacerdotiū / vt pote quod dignioribus vtatur ſacramentis & efficaci⁹ conferat pro delictis remedium. Et tercio quia ampliore ꝙ iudaicū illud / auctoritate atqꝫ dignitate fungatur. Nam ꝙ dignioribus vtatur ſacramentis eo conſtat ꝙ illud nōniſi pecorum vtebaẗ ſanguine / & animalium oblatione peccatorum confeſſionem explebat. Nunc autem precioſo xp̄i ſanguine in ſacramētis xp̄iani vtunẗ ſacerdotes. quo nil digni⁹ precioſius ve poteſt offerri. xcv. di. ecce ego dico. Q / ſi vituloꝝ aut arietum fuſo ſanguine peccata mundabātur (Heb. x.) multo magis precioſo xp̄i ſanguine remiſſionem peccatorum fideles accipient. qm̄ figuratiue tantū odinata erat huiuſmodi pecudū īmolatio / donec agnus ille xp̄us offerretur īmaculatus / qui (teſte baptiſta Iohāne) ſolus tollit peccata mūdi. Ioh. i. & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo Apo. i. In quo tinxere ſācti dei martires (quibus nunc fulgent velut ſol) veſtimēta ſua. Iſti ſunt inquit Iohannes. Apo. vii. qui venerunt ex magna tribulatione / & lauerūt dealbantes ſtolas ſuas in ſanguine agni: ꝗobrem nō acceptat vitulorum & hircorū adipem hoc tempore deus. queādmodū & eſaie vaticinio & pſalmiſte cātilena lucide proteſtatur. Sic enim ꝑ Eſaiam dicit. Eſa. i. Quo michi multitudinē victimarū vrarum dicit domin⁹. holocauſta arietum & adipē pinguiū & ſanguinē vitulorū & agnorum & hircorum nolui. &c̄. Eſa. i. Idem. c. vl. Qui īmolat bouē quaſi qui interficiat virum qui mactat pecus: quaſi qui excerebrat canem. Et pſalmographus ita canit. p̄s. xlix. Nunquid manducabo carnes vitulorū aut ſanguinem hircorum potabo? quaſi dicat Indignū profecto vt mihi homo pecudes offerat in cibum: cui ego tradidi filium vnigenitum. Comede tu carnem & bibe ſanguinē filii mei. nec mihi vltra offeras vitulos in oblationē peccati tui / qm̄ ſemel oblatus ꝓ peccatorib⁹ eſt ille agnus: cui⁹ ſanguine vniuerſa totius mundi peccata deleui. Sic enim Micheas dicit. Quid dignū offeram deo excelſo. Nunquid offeram ei holocauſtomata & vitulos āniculos? Nūquid placari poteſt domin⁹ in milibus arietum. aut in multis milibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo? fructū vētris mei pro peccato anime mee? quaſi diceret nō Solus itaqꝫ xp̄us eſt ſacrificiū noſtrum & gratiſſima deo hoſtia pro peccatis. Hoc tu xp̄iane ſacramento vtere / ſed digne. Nam qui manducat & bibit indigne iudiciū ſibi māducat & bibit. & quidem ſi indignus es: hoc te ſolum pro te oblatum licet non a te ſumptū / ſuo dignificabit merito. Illic eni & penitētie & baptiſmi & aliorū quorūlibet

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

efficaciã ſacramẽta ſumpſere. Vide igiᵗ ꝙ tantũ diſtet iudeorũ & xp̄ianoꝝ dignitas ſacerdotii / q̄tum pecudes diſtent a ſanguine xp̄i Ad idolorũ autẽ pontificii dignitatẽ compare xp̄ianam nimiũ dedi gnarer. licet & fabius ille maxim⁹. & ſcipio & alii q̄plures ac ipſe Iu lius ceſar hoc maximũ ſūpſerit ſacerdotiũ. qua nulla maior bene me rito de republica dari dignitas poterat. Sed eo viliſſima erat quo de- moniis (non deo) ſacra faciebãt & thura ponebant. Habebant nichi- lomin⁹ pontificiũ ius per oĩa rebus neceſſariis accõmodatum. vt de pontifice maximo refert liuius ꝙ eſſet inter cetera iuris pontificii pi- tiſſim⁹ Q( autẽ auctoritate precellat xp̄ianũ q̄ iudaicũ ſacerdotium. dñationis extenſione atqꝫ hominũ ſubiectione probaᵗ. Neqꝫ enim il lud potentat⁹ tẽporalis habebat partem. ſed decimis & oblationibus tãtũmodo premia recipiebat. Nũc vero modernũ xp̄iane religionis pontificiũ lõge lateqꝫ diffuſum habet patrimoniũ. Adeo vt ĩperialis atqꝫ regalis adequet magnitudinẽ poteſtatis / & iura ſibi videaᵗ emi nenti titulo vendicaſſe. Q̄obrem & regale diciᵗ ſacerdotiũ. i. Pe. ii. Ab vno eodemqꝫ fonte dicitur impialis maieſtas & ſacerdotalis au ctoritas emanaſſe. in aucten. quõ opor. epõs. coll. i. in principio. vbi ſic dicitur. maximam quidem in omnib⁹ ſunt dona dei a ſuperna col lata clementia. ſacerdotium videlicet & imperium / illud quidem di- uinis miniſtrans / hoc autem humanis preſidens ac diligentiam ex- hibens. quinimo & pontifex maximus vniuerſorum ſe dominũ ple- niſſimo iure proclamat. eo ꝙ ſit chriſti vicarius in terra. qui omnium pleniſſimo extat ſine dubio domĩator. Nam domini eſt terra & ple- nitudo eius. & ipſi data eſt omnis poteſtas in celo & in terra. Vnde & romam caput orbis ĩ dominiũ conſpicimus eccleſie deueniſſe / plu rimas quoqꝫ priſcis tẽporibus romano ſubditas imperio vrbes. qua- rum difficilis iam ſit numeroſitas enarratum. ¶ Sed audiens fortaſ ſe quiſq̄ ſubridebit improbans non eſſe in lata temporalium poſſeſſi one eccleſiaſticam dignitatem ſeu xp̄ianam perfectionem: quin po- tius venenũ eſſe diuicias pfectiõis xp̄iane aſſeuerabit. Nam & audi tã in aere vocem q̄ diceret effuſũ in eccleſia venenũ collatis a cõſtan- tino diuiciis eccleſie nõnulli referũt. ſiquidẽ poſt ampliatas eccleſie opes neq̄q̄ ſanctiſſimis illis priorib⁹ epiſcopis atqꝫ põtificib⁹ eccleſia pares genuit ſucceſſores. In diſſolutionẽ poti⁹ redacta eſt deuotio / & ſanctitas in maliciã conuerſa eſt: humilitatẽ vix retinent faſtus / & patiẽtiã praro potẽtia ſeruat. Delectat eni cõtra ĩſurgẽtes: vindictã potentes ſumere. deuotio autem nunq̄ ſollicitudini communicat / cuius eſt omnino contraria. Sollicitudinem vero ſemper diuitie gi- gnũt: vt aque / piſces / & germĩa tellus. Caſtitas quoqꝫ diuitiis facile

obrui ſolet. eo ꝙ delicie comitentur opes. que ſunt omnimoda caſtitatis extinctio. Neqꝫ enī poſſibile eſt diuinis ſimul & carnalibus vacare deliciis. extra de cle. coniu. quod ad te. & .c. diuerſis fallaciis. Cōtemplationem pariter nō admittunt opum ſollicitudines. porro diuitie curam. contēplatio autem ſollicitudinis ocia / & ſancte quietis penetralia querit. Argumentū a parte rei atqꝫ ex facto in prōptu eſt. qm̄ quo plus opes abundant etiam pctā ſequūtur. vt ſerui dn̄m / & patrem filii / & meretrices exercitū / adulatores curiā / & milites bellū. Sic qui diuitias habet: vix peccato liber habetur. Eccli. xi. Videmꝰ pauperie refertas perſiſtere religiones atqꝫ in ſanctitate proficere: diuitiis vero cōplutas: in oēm protinus deuenire ruinam. raro videbis pinguia monaſteria deuotos monachos enutrire. Sequunṫ homīes patrie & domus proprie conditionem.

❡ Sic enī fertur cirus dixiſſe tales homines qualis patria / & gallos olim ferociſſimos aſie deliciis effeminatos / atqꝫ in alios oīno mutatos / patrie luxuria viros romanꝰ ille conſul edixit. Sic opum delicie / rigidiſſimos antea xp̄iane religionis ſectatores in om̄i facile vitioꝝ molliciem traduxere. Igitur victu & veſtitu contentos eſſe clericos Paulus ingenue clamat. i. Thi. vi. & in. c. epiſcopus. xii. q. i. Nam cui portio deꝰ eſt: nihil debet curare preter deum. xii. q. i. cui. Raſura enī in ſacerdote ſignificat omniū temporalium abnegationem. xii. q. i. duo ſunt genera. Et pars clericorum deus eſt / qui non dignatur cum aliis partibus eſſe pars. Ibidem. c. clericus. Igitur nō eſt clericis pars in gente. (Eccli. xlv.) extra. de prebē. & dig. cum ſcd̄m apl̄m.

❡ Econtra eccleſiaſtici arguūt non decere xp̄i ſacerdotes & ſeruos eſſe mendicos. hoc enī & ſacri canones atteſtanṫ: qm̄ confuſio ſit dn̄o ſeruum habere mendicū. Nihil enī deeſſe debet epiſcopo. xii. q. i. ex hiis. honeſte ſiquidem viuere debent. extra. de vi. & ho. cle. c. cum ab omni ſpecie. Ideo epiſcopus vel nō debet ordinare preſbyterum: vel ſi ordinat debet ei dare vnde poſſit viuere. extra de preben. & digni. non liceat. Inſuper ad obtinendam populi reuerentiam que debita eſt ſacerdotibus / plurimū conferre diuitias nemo expertus denegabat. Pauperes enī q̄tūlibet ſapiētes vel ſancti deſpectui eſſe hoībꝰ ſolent: diuitibꝰ quidē / qm̄ ꝑ nihilo cuncta (preter diuitias) ducūt. nec q̄ ſapiens vel ſanctꝰ: ſed q̄ diues & potens ſit homo interrogāt & attendūt. Pauperibꝰ etiā pauperes odioſi ſunt. eo ꝙ nihil cōferre poſſint. & ſemper auferre velint. q̄obrem odioſum eſſe proximo ſuo pauperem / & amicos diuitis multos Salomon atteſtatur. Inſuper decere ſacerdotes habere diuicias / quas liberalius atqꝫ iuſtius preſumuntur in pios vſus diſpenſaturi. Nam & bona eccleſie dicunṫ bona pau

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

perum. xii. q. ii. aurū. Poſtremo etiā videntur eo neceſſarie viris ecclesiaſticis diuitie/quia ad tuitionē eccleſie arcendoſq; raptores & oppreſſores abſq; opibus nequaq̄ ſufficiūt. Non eſt igitur preſumendum inconſulte datas tam largas eccleſie opes. ſed deo potius ſic diſponente. ℂ Contra vero arguet aduerſator datas eccleſie diuitias bonitate virorū tum donātium: tū recipientium. Donantiū quidem qm̄ nihil honorificenti⁹ eo tēpore q̄ donare chriſto iudicabāt. exiſtimantes chriſto dare qđ ſacerdotib⁹ erogabant. Siquidē ſimplicitatē adhuc illam euangelicā ſequebant̄/& pietate religionis decepti ſūt. Prouexit quoq; donantiū animos viſa ſeu pretenſa recipientium humilitas pauperieſq; & ſanctitas: itaq; paupertate diuitias hūilitate gloriam acquiſiſſe vident̄. Nunc vero conflatis diuitiis atq; honore iam non eſſe genitrici locū (id eſt ſanctitati) qm̄ matrē filie repulerunt imo ſuffocauerūt. Sic arguunt obrepſiſſe paulatim donec ſupremū glorie attingerent culmē ſacerdotes in eccleſia dei. quo cū peruenerint: humilitatē prorſus abieciſſe/veluti iam hipocriſis premium conſecuti. Ac ſi ficta paupertatis veſte peregrinus hoſtis domū diuitis ineat mendicationis gratia: ſimuletq; pauperiem. At vbi potētiorem ſe domi cōſpexerit: occultū exerit gladiū. apertaq; fronte dominum ſe iubet haberi. Sic eccleſiaſticos aſſerūt humilitatis pallio paulatim ad maximā omniū gloriam conſcendiſſe. Nunc vero iam nil humilitatis fingere: ſed aperta fronte ſuperbiam demōſtrare. ita vt etiam reges ipſos (a quibus honorē atq; diuitias acceperūt) ſubiicere atq; exuperare nitant̄. Volūt eni ad ſe pſalmographū illud pertinere. pſ. viii. Oia ſubieciſti ſub pedibus ei⁹. dūq; nullum ſupra ſe timent: in vitia licentius oia collabunt̄. Nec eſt vllū genus hoim hodie qđ magꝫ xpiane aduerſet̄ pfectioni. Nā plerıq; maiorū & mīorū oronis loco: ſcurrilia & vana verba. pro ſacrarū ſtudio litterarū/ludū cartarū ſeu taxillorū. pro ieiunio ebrietatē ſeu comeſſatiōes aſſiduas pro lachrymis riſum. & ꝯtemplationis loco/diſſolutionē ꝯmutauere. Humilitas nō modo nō ꝯparet. ſed etiā ſūma in eorū domib⁹ ſupbia viget. Sed vereor ne hūilietur ſupbia iſrael in facie ei⁹. Oſee. vi. Pietas in deū & paupes eius nō modo fugit ab eis. ſed etiā p laudibus in deum blaſphemias ſepe vomunt. Q̄ turpe plato iuramentū ſine cauſa/blaſphemieq; verbū? Sed ſunt qui nō niſi intermixto xpi corpe vl̄ ſanguine ꝟba promāt. In pauperes ꝟo nullā (vel modicā ſaltim) pietatis offerant partē. ſed loco pauperū hiſtriones mimoſq; & meretrices atq; lenones aſciſcunt. Deauratis palatia laqueariis ornāt: & nō niſi regio digna triūpho domos inhabitāt. Veſtiū ea eſt luxuria vt iam fas nō ſit (q̄tūlibet optimis) laneis vti. Oīa ſericis auroq; textꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vbiq; fulgent Seruorum aũt numerus pene maior eſt q̃ pecorum. O vtinam tantus eſſet virtutũ q̃ famulorũ beſtiarũq; numerus. Et hii quidem non clericorum ſed armigerorũ induũtur more / & ſimili ritu verſantur. Equorũ autem non iam dicemus comitatũ: ſed exercitum. Canũ vero & rapacium cuiuſlibet generis auiũ tanta eſt copia vt facile greges & pullaria vincant. Nec eſt qui facile poſſit eccleſiaſticorum mores arguere. Hii enim pre ceteris obſiſtũt veritati qm̃ ipſi magis fregerunt iugum ruperũt vincula. Iere. v. Nec pati arguentes poſſunt. Odio (inquit Amos) habuerunt corripientem & arguentem in porta ſupplantabant Amos. v. Quomodo igitur dicis diſponente deo talibus adueniſſe diuicias omniũ fomitem peccatorum? Num deus malorum eſt fautor? Quid igitur eccleſiaſticorum dignitatem exaltas? An tu quoq; (bonifaci) adulatoris officium aſſumpſiſti? An forſitam bona eccleſiaſtica queris? ❡ Reſpondebo equidem / & ſine adulationis & ſine liuoris affectu. qm̃ nec opulentie ſacerdotum inuideo: nec fauorẽ ipſorum cum peccato requiro. Reſpondeo igit̃ decere prelatos ea bonorum ſufficientia muniri: qua & decenter viuere. & pauperibus conuenientẽ alimoniam valeant impartiri. nec miſeros oportere eos qui beatiſſimi ab hominib⁹ p̄dicantur. Sed eam diuiciarũ molẽ / qua preſſi pereant / & abuſum (quo vicia gignant) minime probo. qui melius ſapit: adiiciat ❡ Dixi poſtremo maiorem chriſtiana ſacerdocii dignitatem q̃ aaronici / populi ſubiectione. Que enim maior populi eſſe ſubiectio poteſt: q̃ oportere flexis poplitibus ſacerdoti: cordis. oris: & operis peccata / ꝓprio ore fateri. & quod omnibus vult eſſe celatum. ſacerdoti facere manifeſtum? Sed & regum & principum eadem eſt ad ſacerdotes obligatio. di. xcvi. quis dubitet. Quamobrem Ambro. tantum diſtare ſacerdotalem a regia aſſerit dignitate / q̃tum inter aurum & plumbum eſſe differentia poteſt. di. xci. duo ſunt: Et hec quidem confeſſionis obligatio precipuam obtinet in chriſtiana lege difficultatẽ. Sed compenſatur maxima illius vtilitate: qm̃ & peccatorũ veniam conſequimur modo certiore / & remedium ne recidiuem⁹ in peccata cõcipimus propoſito firmiore. Sed aduertant ſacerdotes hoc eſſe fortiſſimum ſue dignitatis munimẽ: quod ſi ammiſerint: facile contemptui ſecularium ſubiacebunt. Sancte igitur & ſecrete tam verendum opus exerceant neceſſe eſt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

❡ Qꝫ chriſtiana perfectio regum atqꝫ ducū tpalium excellat virtutem atqꝫ dignitatem.




POſtq̄ iudiciale ptranſiit palatiū/& moſaice legis vmbracu
lū xp̄iana fides/intermiſſo aliquātulū itinere puenit ad qd
dam ditiſſimi apparat⁹ caſtrū. obiecta i facie porta duab⁹
fortiſſimis turrib⁹ ꝯmunita/hec aūt porta eſt iuſticia q̄ pa
tula oib⁹ eſſe debet. Hec porta dn̄i eſt quā iuſti hoīes intrāt. ps. cxvii.
Turres xͦ hincinde portā tuentes fortitudo & mia nomīanf. Nihil
enī iuſticia hiis duab⁹ deſtituta valet. Quid ei iuſticia pdeſt niſi for
titudine in exequēdo inueſ? & qs recte iuſticiā exequif: niſi mia co
mitetur? abſqꝫ fortitudine inanis: abſqꝫ mia xͦ crudelis eſt iuſticia.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Poſt portam ponte mirifico itur in caſtrū.decurrente ſubtꝰ īpetuoſo nimiū fluuio. Pons ꝟtus:flumen ꝟo rapidū:ſenſualitas eſt.In hunc ꝟo turbidiſſimū delectatiōis ſēſualis fluuiū pleriqꝫ ab ꝟtutis decidūt pōte.delectat enī ꝑncipes in hāc fetulentā natare ſepiꝰ aquā. Tali ꝟo iuſticie porta & pōte ꝟtutis intrare in regiā ꝑtātē reges decet.nec dignꝰ eſt rex q paſſionū fluctꝰ nō calcat. Poſt pontē ꝟtutis appuit alia triūphalis porta miris ſcematibꝰ ꝓcerū inſignita hn̄s in frōte lr̄is aureis inſculptū nobilitatis nomē. Virtute ſiquidē nobilitas acquirit᷑: nec vere nobilitatꝭ habet titulū/qui ꝟtutis nō habet egregie ſignum. Vitioſi aūt nati ꝯtinuo deſinētes virtutis nullū pn̄t oſtendere ſignū (Sap.v.) Nobilitatē etenī ſola virtute cōfici certū eſt. Hāc aūt nobilitatis portā reges triūphanter introeūt.modo dignis opibus frontē (quaſi ſcematibꝰ) ornēt. Nihil enī ꝓdeſt proauorū ſcemata demonſtrare & lōgo cenſeri ſanguīe/ni ſimul aſſit clara hoīs ꝟtus (teſte Iuue.) Ad dexterā porte huiꝰ turris erat auro gēmiſqꝫ nitens.q̄ ſculptū hēbat nomen/opulentia. Siquidē opibꝰ nobilitas adiuuat᷑:quibꝰ deſtituta calcat᷑. Sic philoſophꝰ iuuari magnanimū opibꝰ dicit/nec oīno felicē (cuiꝰ res anguſta eſt domi) cēſeo. Siniſtrorſū vero alia fouebat᷑ mire pulchritudīs turre q̄ ſculptum hēbat/honoris nomen. Honor enī tutor eſt animi nobilis/nec ꝓdeſt ſine honore nobilitas. Ob honorē/agere ꝑclara ſolēt opera nobiles.multo magis q̄ auri diuitiarūqꝫ gr̄a. Huic porte murꝰ coherebat caſtrū orbiculariter cīgēs/q̄dris lapidibꝰ aptiſſime iūctis atqꝫ fortiſſimis factꝰ. oēm vī machinarū facile tēnens.q̄ ſculptū aureis lr̄is pleriſqꝫ ī locis hēbat hoc dictū ppl̄i amor. Certe nullo tutiore q̄ ppl̄i amore tuet᷑ regia ꝑtās vallo. Foſſata ꝟo in girū ꝓfunda tenebat.qbꝰ nomē erat.pecunia ppl̄i. Ab ppl̄o ſiquidē pecunia quaſi a foſſato terra ꝯuellit᷑. Sēp enī a ppl̄o diuitie quōlibet hauriunt᷑ quicq̄d delirāt reges:plectūt᷑ achiui. Sed fortaſſe quēadmodū foſſatū purgatiōe:ſic & ppl̄us frequēti exactione ſeruat᷑. Iniqua eſt tn̄ deteſtabilis ppl̄orū exactio:quā dn̄s odit ꝯquerēs exactoribus popl̄m ſpoliatū. Eſa.iii.ideo iugū exactoris q̄nqꝫ abiiciet ppl̄us. Eſa.ix. Nihil tn̄ roboris habet regia dignitas:ni foſſato vallet᷑ redditus popularis. ¶ In quadrāgulis aūt caſtri minutiſſima quedā edificia beluardica machinis oppleta ſupbum īgerebāt aſpectū. Nomē vni maieſtas/leuitatē repellēs. Non enī decet leuitate notari ꝑncipē Cum ſemel rome conuenienti geſta fingendus eſſet rex.aliis manu aperta ad liberalitatem.aliis gladio erecto ad iuſticiam miniſtrandam. aliis equo armatum inſidentem depingentibus. vnus cogitabundū depingens:oīm laudē accepit. Nomē ſecūdi. ſeueritas ꝯtēptibilitatē neq̄q̄ admittēs. Ea ſiquidē dexteritate regē vti opꝫ.vt facilē ī

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

adeundo ſe prebeat/ſed contẽni minime ſeipſũ patiaꝛ queadmodũ iudici lex ſuadet. ff. de offi. preſi. l. obſeruandũ. Tertio aũt nomẽ erat honeſtas. qm̄ decet reges honeſtati operam dare. Non enī bene con ueniunt nec vna ſede morantur maieſtas & amor. ſcilicet ſpurcus. Infanda quorundam natura regum: ſpurcitiam loco glorie adaman tium. Quarto antemurali nomen erat veritas. Non enī decet regẽ labium mentiens (ait Salo.) hoc antemurali repellere inſidos men daces adulatoreſq; debet princeps. Ipſe nec minus veritatem colere. quoniam labiũ veritatis firmitatem dicitur obtinere perpetuam.

¶ Ingreſſa vero curiam armatorũ/vbiq; ordinatas acies adinuenit (terribilis eſt enī dignitas regia quaſi caſtroꝝ acies ordinata) legi bus adornatam atq; munitã armatꝭ militibus regalem expedit eſſe maieſtatẽ. inſti. in prin. Et hos quidẽ defenſores exiſtere ciuitatum oportet. C. de defen. ci. l. defenſores. Non enī chriſtiane pfectioni con traria eſt terribilis regũ poteſtas: iuſtaq; militia: que ad vindictã ma lefactoꝝ: laudem ꝟo bonorũ exerceꝛ. armatũ enī gladio regẽ aplus dei dicit eſſe miniſtrum. Neq; enī fruſtra gladium portat. hoc enim eccleſia populuſq; ab impiorum infeſtatione protegiꝛ/vt diffuſe tra ctant canones. xxiii. q. iiii. in. c. regum. c. principes. c. non fruſtra.

¶ Poſt pretergreſſam vario ſtratam lapide curiã id eſt diuerſis mi litum conditionibus atq; nationib⁹ coadunatis: vt pedibus nequaq̄ prebeant offendiculũ. qm̄ oportet caritate iunctos eſſe curiales/nec vlli offenſam parare/ad palatii mirabilis puenit grad⁹: aſcẽſum in genioſa vite preſtãte. i. dignitate precelſa. Decet enī reges culmen ceteris altius ꝟtutis aſcendere. Cũq; aliquãtulos ſubiſſet gradus au lam ſeſe oculis offerentẽ eximie magnitudinis ĩgreſſa eſt. Vbi ſub tili texta ĩgenio tapeta preteritas priſcoꝝ glorias referẽtia/circũq; decorãtia locũ aſpexit. Ibi numeroſa nobilium caterua/magno mur mure perſtrepebat/qm̄ in aula regũ liberalitatis decet plurimos pn cipis bñficia perſonare. Per mediũ vero tranſiens colludentiũ (apto oſtio) regalem introiuit locũ auro gẽmiſq; fulgentẽ. Illic thronis in ſidentes magnificꝭ glioſos intuita eſt reges. Inter hos plures malos q̄ bonos aduertit. Non enī (vt plurimũ) ſolent bonitatẽ fouere reges maliciam ꝟo plurimi adſectanꝛ. In altum igiꝛ ſplendentẽ precioſis lapidibus locũ aduecta thronis maiorib⁹ inſidẽtes orbis quondã re ges ſupbiſſimos. & ĩ primo ſediũ ordine vidit aſſirioꝝ reges. Porro aſſiriorum primũ fuit oĩm regnũ/qđ ab aſſur ſcđo filio ſem nomẽ ac cepit. ¶ In hoc regũ ordine poſt ſedebat nẽbrothus de ſtirpe cham. qui primus ſubiugare homĩes cepit in terris/& edificio turris babel/ deum adire atq; expugnare volebat in celis. cum iectan & ſuphena



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

conſanguineis ſuis.quorũ deus veſaniam diuiſione linguarũ confudit.vt patet Geñ.x.Nembrothũ ſequebat̃ filius eius belus q & baal & baalim:& belzebuch:& belphegor. In quo ceperunt hoĩes idolatrare.Siquidẽ honorandũ Ninꝰ cenſuit patrẽ imagine memorabili ad quã rei quilibet cõfugientes emunitatẽ haberent.Q đ cauſam rudibus prebuit hoĩbus idolatrie. Ampliauit enĩ regnũ belus.Quem filius ſecutꝰ eſt ninus virtutis & belli auidus.qui (vt refert diodorꝰ) aſcito in ſocietatem arieo arabũ rege ditiſſimo babilonios (perẽpto eoꝝ rege cũ filio) ſubiugauit.hic barzani armenioꝝ regi ſeipm̃ cũ regno cõmittenti nino regnũ (liberali vſus aĩo) reſtituit.commeatu tm̃ & militibus imperatis.Farnũ vero medoꝝ regẽ prelio ſuperatũ & captum cũ vxore & ſeptem filiis cruci affixit/tam proſpera elatꝰ fortuna/totius potiũde aſie cupiditatem accepit.Etenim ſecunde in minoribꝰ res/vt plurimũ ſolent maiorũ cupiditatẽ miniſtrare.xvii. annis pugnans aſiam oẽm ſubegit.Bactrianoꝝ autẽ ad tempus diſtulit bellũ.Interim ad conſtruendã niniue ciuitatẽ ſuo nomine animũ vertit.Cõſtructa mirabili ciuitate/ducentoꝝ milium equitum/ & decies ſepties centenorũ milium peditum coactu exercitu in bactriam profectus eſt. Vbi fuſum occiſumq̧ cũ quadringentis hoĩm milibus zoroaſtem primũ artis magice inuentorem (quã poſtea democritus ampliauit) bactrianoꝝ regem/& ingenio virtuteq̧ ſemiramidis captã bactram atq̧ ip̃am ſemiramidẽ/metu mennoni viro eius iniecto erutionis oculorum poſſedit. Mennones autem deſperatus laqueo ſe ſuſpendit.Nunq̃ fuit vtile cuiq̃ viro vxoris pulchritudinem oſtentare.hoc mẽnones:candaules & maritus lucretie teſtabuntur.Ex ſemiramide ninꝰ genuit ninum/ſemiramidi relicto poſt mortem imperio.Que magni animi mulier (cupiẽs rerũ gloria virum excellere) babiloniam cõdidit.Cuius menia ambitu ſtadia trecenta & ſexaginta cõplectebantur frequentibus turribus ac magnis Menibus vnico anno abſolutis põtem (qua parte fluuius anguſtior fluebat) conſtruxit.ſtadiorum quinq̧ longitudinis.Colũnis in profundo ſumma arte inuicem pedes.xii.diſtantes iactis lapides edificii troncis ferreis/immixto iuncturis liquefacto plumbo coniunxit. Triginta pedum latitudo erat pontis.regias iuxta flumen ex vtroq̧ pontis latere duas edificauit.In vrbis medio tẽplum Ioui bello erexit tante altitudinis vt in eius ſummo caldei aſtrorum feciſſe obſeruationes referantur.In ſummo templi tres ingentes aureas ſtatuas Iouis iunonis opiſq̧ erexit.Iouis longitudine pedum.xl.mille babilonioꝝ talentorũ ponderis. Hiis oĩbus cõis erat menſa aurea manu facta lõgitudinis pedũ.xl.xii.latitudinis. ponderis talentoꝝ.l. Duo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

preterea chartheſia talentoꝝ. xxx. totidemq́ vaſa vaporibus apta. vtrūq́ talentoꝝ. xxx. Crateres ex auro tres: quoꝝ Ioui dicat⁹ talēta mille & ducenta pēdebat. Aliorū q̄libet ſexcenta que oīa poſtmodū perſarū reges ſurripuere. Lapidem ex armenioꝝ mōtibus excidi & babiloniā duci curruū multitudine delatū ad flumen atq́ in inſignio ri via erigi fecit longitudinis pedum. cl. latitudine vero. lxxx. res mirabilis aſpicientib⁹ quē a forma obeliſtū dicūt inter ſeptē opera miranda cōnumeratū. Semiramis autē alium virū nō accepit: verita ne imperio priuaref. Sed eos ex militibus eligebat/ qui in caſtris erant forma & decore preſtātes. Cū quib⁹ in delicioſiſſimo loco voluptati operam dabat. In aſia & perſide: ſaxis inciſis viam prebuit ambulātib⁹ facilē. magnā egypti & libie atq́ ethiopie ſubiecit ptē. In indiā ℞o mirabilē duxit exercitū. 1500. equitū: peditū vero. 30000. curruū vero. 1000. deuicitq́ nauali certamine ſtaurobatē indorum regem. quā ſtaurobates terreſtri prelio vulneratam fugauit. Cui⁹ rei potiſſima fuit cauſa elephantoꝝ fictio. Semiramis enī occiſis. 3000. boū & carnibus operariis in cibū cōceſſis. coria inſtar elephantoꝝ inſui iuſſit. que poſt modū feno referta veraciū elephantoꝝ ſpeciem pretēdebant: intus hominem camelūq́ ſuper quo ſedens formam belue duceret incluſit. Que res nota ſtaurobati animū victoriamq́ conceſſit. Regreſſe ninus filius inſidias parauit matri. Cui mater iniuriam donans cum prefectis oīibus mandaſſet nino parerent vt regi eueſtigio euanuit/ ad deos (vt aſſerūt) iuxta ammonis oraculum delata/ quam ſirii cōuerſam exiſtimantes in auem columbam pro dea ſemiramide colunt. Imperauit vniuerſe aſie preter indos. xlii. annis. vixit autem annis. lxii. (vt etheſias guidius ſcribit) Nonnulli vero atheniēſium ſcribunt Semiramidem ab viro quinq́ dierum petiiſſe regni gubernationē/ acceptoq́ ſceptro/ poſtq̄ oēs & pncipes vt ſibi veluti regine parerēt attraxit. truſo ī carcerē viro/ regnū vſq́ ad vltimū vite gubernauit. Alii vero ſe loco filii mētitam regnaſſe tradunt. poſtremo interfectam a filio quia eius cōcubitū poſtulaſſet. ¶ Terti⁹ aſſiriorū rex ſecutus eſt ninus nini & ſemiramidis fili⁹/ qui. xxxviii. annis ocio & voluptatibus vacans inutilis impauit quē. xxxiiii. reges aſſiriorum ſimilibus dedit ſtudiis imitati ſūt aſpect⁹ hoīm fugiētes/ & femīaꝝ gregib⁹ ſemp īmixti. Durauit aſſirioꝝ īperiū. 1400. annis vſq́ ad ſardanapallū. q oēs voluptatib⁹ ſupauit & regnū ab arbato vict⁹ extinxit. Hūc arbates med⁹ cū femīeo vidiſſet ornatū amictu deſpexit. potiūdiq́ regni fiſus beleſii babilonioꝝ duc(aſtrologica monitiōe audaciā ſūpſit. Cūq́ perſas: medos: arabes: & babilonios ad ptenſā induxiſſēt defectionē/ ꝯmiſſo ꝑlio ab rege terſuſi/ ſed



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

beleſii aſtrorum deorūq; fortunam pollicentis adhortationib⁹. Iterū bellum cientes fuſo rege. & in ninā coacto / victores ninā biennio perſeuerāter obſederūt. Rex vero cū vxoribus & eunuchis / deſperata ſalute / in mediū pyre recluſus / ne in hoſtis & ſerui deueniret poteſtatem ſeſe tradidit igni. Nec ſepulchro illi eſt ꝯmendat⁹ / cui nimia op pletus voluptate / inſcribi mādauerat. Hec habeo que comedi: & cū amore & voluptate ꝑcepi. Sed quē ignis voluptatis inflāmarat interius: ignis penalitatis exterius concremauit. Nec tū oīno aſſiriorū ceſſauit imperiū / ſecuti enī ſunt ſardanapallū. Phull. theglathphalaſar ſalmanaſar / qui trāſtulit ſamariā in aſſirios. Senacherib qui hieruſalem obſedit / & interfectis per angelū. clxxxv. milibus hoim fugit. Aſſaradon ſecutus eſt filius Sennacherib.

¶ Tranſlato igiť ad medos impio. quod annis. 1400. aſſiriorū obtinuerant reges arbaces ninā euertit. & toti aſie. xxxii. annis impitauit. Hic beleſū ob furto ſublatū aurū damnatū in mortem liberauit. aſſerens pluris eſſe apud eū precedentia bñficia ꝗ̄ preſentes iniurias Hunc ſequebať mandanes filius eius qui annis. 50. aſie imperauit. Poſt hunc annis. xxx. regnauit ſoſarmon. Artecarmis. l. Arbianes. xxii. Arſteus. xl. hic quū parſodē quēdam perſam virum fortitudine & prudentia memorabilē apprime diligēs. poſtea indicio quodam inſenſū habuiſſet: fugiente pſoda cū parua militū manu ad caduſios (quos facile deſiderio libertatis vendicāde cōmouit) effectū belli ducem ſeuiſſimū pertulit hoſtē. Porro arceum medoꝝ ducē aduerſum ſe cū octingentis milib⁹ hoim ꝓfectum pugna inita ſupauit. Adqngenta milia interfectis. reliquos extra caduſiorū fines abegit. Hac victoria inſignis / a caduſiis rex creatus in mediā trāſiit. omīq; ꝓuincia vaſtata magnā glīam aſſecut⁹ eſt. Vergens aūt in ſeniū cum inſtaret vite finis execratus eſt q pacē inter medos & caduſios ꝓcuraret / quapropter caduſii vſq; ad Cirū perſarum regē ſemp medis hoſtes extitere. Poſt obitū arcei in medis regnauit Artines annis. xxii. artabanus. xl. Poſt hunc parthi a medis deficiētes: cum patriā vrbēq; ſaccis tradidiſſent / magnū bellum inter ſaccas medoſq; quod annis duobus magnis vtrinq; cladib⁹ geſtum eſt / excitarūt. Pace tandem conſtituta vt parthi medis ſubiicerenť: & ſacce mediq; amici perpetuo eſſent. Deioces poſtea ſecutus eſt (vt herodot⁹ refert) ob equitatē regnū medie ꝯſecut⁹. Cui ſatellites medi delegere / ne cui ptās fieret regis adeundi ſed ad oīa internūciis vtendi. Nemini ꝑterea corā illo aut ridēdi aut ſpuēdi. id oīb⁹ factu deforme eē. Deioces ſoli impauit medie / cuius popłi ſunt. buſe. pare contacem. ſtruchates: arizanti budi. magi. Deiocem qui. liii. annis regnauit: ſequebatur phraortes

filius qui perſas in medorum poteſtatē redegit. Deinde aſiā & alias gentes donec ad aſſirios quondam oīm pricipes niniuitas oppugnā dos perueniret. Priuati quidam aliaꝝ nationum dominio erant aſſi rii: alioquin per ſe fortes. Aduerſus hos expeditione ſumpta phraor tes ſecūdo ac viceſimo anno poſtq̄ regno potitus eſt: cum pleraqꝫ ex ercitus periit parte. Quē ſequebaꝰ ciaxares filius: qui aſie poplos in prouincias dicíꝰ diſtinxiſſe. & armigeris ordines perpulchre dediſſe prius enī haſtati ſagittariis: & equites peditibus permixti turpiter erant. Ciaxare preliū cum lidis agente/dies in noctem verſa eſt. hic ſubiecta oīmi trans halym aſia poſt quadrageſimū regni ſui annum. Aſtiagem filium reliquit ſucceſſorē. qui viſionem ſomnians accepit ex mādane filia tantā emergere vrinā que totam vrbem atqꝫ aſiam adimpleret. Inuidens itaqꝫ ex ea naſcituro filio: non cuiq̄ digno ea medo. ſed per ſe cuidam cambiſi non ſatis elati animi: maturam vi ro filiam copulauit. Eodem anno quo cambiſi filiam dedit/aliam ha buit viſionem/videbatur ei ex genitalibus filie vitis enaſci que om nem aſiam occuparet/ſomnio interpretato: filiam grauidam ex per ſide acceſſiuit data ad partum cuſtodia ſuis iuſſibus pariturum. Natum puerum Cirū aſtiages harpago familiari ſuo tradidit peri mendū. Cui fictum harpagus aſſenſum prebens/cirum nutridati bu bulco aſtiagis/cui vxor erat nomine canis. grece vero cyno: & medi ce ſpacoferis offerendum commiſit. quod ſagax piaqꝫ canis auertit. Siquidem quem ipſa pepererat filium loco Ciri moribundū exhibuit. Ipſum vero Cirum veluti proprium enutriuit. Qui licet bouilibus verſaretur in antris: nobilibus tamen ſeipſum geſtibus efferebat. Hunc ſodales ſibi delegerunt in regem/quibus factis tandē ab aſtia ge cognitus/& in vltionem non commiſſi criminis/filio harpagi a patre comeſto/interpretibus ſomnii iuuantibus/in perſidem ad pa rentes remiſſus eſt. qui virilis effectus harpagi ſuaſu/per litteras in exēterato lepore miſſas/aſtiagem aggreſſus bello deuicit/deuictūqꝫ cuſtodiri iuſſit. Sicqꝫ medorū regnum ab aſtiage qui. xxxv. annis re gnauerat ad perſas tranſlatum eſt.

¶ In primo igitur ordine perſarum regū preſtantiſſimus erat Cirꝰ/ qui aſtiagem medorum: creſumqꝫ lidoꝝ reges obtinuit/qui cū mul tas gentium nationes ſubiugaſſet tandem ab tamyri maſſagetarū regina deuictus in plenum ſanguine vas imerſus eſt dicente Tamy ri. ſanguinem ſitiſti: ſanguinem bibe. Perſarum autē populi ſunt ar teate perſe: paſſargade: maraphii: maſii. Sed horū preſtātiſſimi ſunt paſſargade. In quibus & achemenidaꝝ cognatio eſt: vñ reges perſi dis ſunt oriūdi. Alii perſe ſunt panthelei: deruſiei: germanii: atqꝫ hii



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

oēs aratores. Alii ṽo pecuarii: dai: mardi: dropici: ſagarcii. Cirū ſeq
batur Cambiſes filius eius. Hunc cambiſem iniqui iudic( detractā a
corpore pellē iudiciarie impoſuit ſedi. vt ſucceſſor iudiciarie poteſta
tis filius preſentem oculis haberet pr̄is ex iniuſtitia punitionē. Hic
& ethiopes & pleraq; alia dominia ſuo adiecit īperio ad macrobioꝝ
longeuoꝝ explorandam miſit terrā/doloſis ad regem eoꝝ muneri-
bus deſtinatis. Et pallium quidē purpureum oblatū ſumens rex ma
crobius dixit. Doloſos hoīes: doloſa ferre indumenta. torquem vero
auream vincula eſſe dixit. ſeq; fortiora hiis h̄re. Vini aūt hauſtu mi
rum in modū oblectatꝰ eſt. aſſerens vini potu īmoderato breuē fieri
hoīs vitam. Aduerſus hos ethiopes mouens exercitū Cābiſes ad tā
tam redactus eſt penuriā. vt milites decimū eoꝝ ſorte datum come
derent. Et alibi vniuerſus exercitꝰ (flante auſtro) a renis extinctus
eſt. Hic ſmerdim fr̄em occidit. ſororēq; contra leges in matrimoniū
duxit/aliamq; ſororem interfecit. eo ꝙ ſmerdis occiſi quereret᷑ nemi
nem fieri vltorem. ¶ Cum tn̄ frater canis cani ad exuperandū leonē
factus eſſet adiutor. Fertur Cābiſes morbo ſacro elaboraſſe. Ponunt
tamē aliqui ſmerdim poſt cābiſem regnaſſe mēſibus ſeptē. Sed ꝑfe-
cto hic ſmerdis loco fratris Ciri (cuiꝰ mors nō patula erat) ſubdole
regnauit. Herodotus vero duos magos ꝯiuraſſe/atq; regnaſſe dicit/
quos darius hiſtapſis occidit. & auſpicio hynnientis equi regnauit. q̄
zorobabeli edificande domꝰ dei gratiam dedit.

¶ Hunc ſecutus eſt xerſes filius eiꝰ eſdre amicus. hic egyptum qui a
patre defecerat recepit. grecis bellū intulit. vt herodotus (eo vigens
tēpore) ſcribit. Quem artabanus prefectꝰ eius occidit ambitione re
gni quod obtinuit/quē arthaxerſes xerſis filius in patris & fratris da
rii vindictā occidit/qui longimanꝰ dictus eſt. eo ꝙ brachia ad genua
vſq; pendentia habuit/aliās oīm pulcherrimus.

¶ Hic primus tributa xerſis inſtituit ob pacē vbiq; ſeruatā ab omi-
bus adamatus. Hunc ſequebātur xerſes huiꝰ nominis ſecundꝰ. dein
de ſegdianus. deinde darius notꝰ: poſtea aſſuerus ſm̄ iudeos/ qui &
arthaxerſes qui tulit heſter vxorē. vt habetur in libro heſter. Quem
ſequebatur Ochus filius eius īmanis. Penultimꝰ vero arſanus pater
darii vltimi. quē alexander macedo deuicit. In q̄ finiebat᷑ ordo regū
perſarum. ¶ In aliū ṽo regū aſpiciens ordinē vidit macedonē alexā
drum totius pene mūdi monarcham/ſequentibꝰ eū ceteris ſirie ma-
cedonumq; regibus. ¶ In alium vero regū ordinem vertens oculos
vidit pharaones egypti reges. vſq; ad eum q̄ deo reſiſtens marinis a
quis obrutus eſt. In alium latus vidit aliā regum ſeriem grecie vide
licet inachum patrē Iſidis quam Iupiter oppreſſit. Quem ſequeba-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur Phoroneus qui primus leges grecis inſtituit:quo tempore deu
calionis regnū diluuio vaſtatū eſt. Deinde ſerapis oīm egypti deoꝝ
maximus/quē ſequebatur argus/aptheros:eructhoniꝰ: fenix cadinꝰ
codrus qui mutato habitu mortem ꝓ republica petiit. euriſteus leo-
nidas & ceteri ſuis locis ordinate locati.

¶ Alium vidit italie regū ordinem. In prima ſede Ianum/qui Iani
culum ſtruxit. a quo Ianuarius menſis dictus eſt. Quem ſequebat̄
Saturnus pater Iouis cretenſium rex/qui dicitur Iſaach fuiſſe tēpori
bus. Quem ſequebatur picus ſaturni filius egregius bellator & au-
gur. Hunc ſequebatur faunꝰ in numero deorum relatus: deinde lati
nus. Eneas Aſcanius ſiluius poſthumus. Eneas ſiluiꝰ latinus. Alba
ſiluius. Egyptus ſiluiꝰ. Capis/Carpentus/liberinus. Agrippa/Are
mulus/Auentinꝰ/Tiberius procas. Amulus & munitor qui nepo-
tes romulū & remū mādauit occidi occiſus ab ipīs/ꝗ romā edificarūt.

¶ Sequitur igitur romulus romanorū rex/qui fratrem occidit. Poſt
hunc fuit Numa pompilius qui ſacra docuit. Tullius hoſtilius. An
chus marcius. tarquinius priſcus. phaleris Seruiꝰ tullius tarquinius.

¶ In alio ordine vidit troys cōditorem & regem troye. Anchiſem
laumedontem/priamū cuius tempore greci troyam deleuere. Inter
alios autē intuita eſt Saulū/Dauid/Salomonē: & ceteros iudeorū
reges. ¶ Nec defuere nobiliſſimi francoꝝ plurimi reges. quorū feli
ciſſimū vſqȝ ad hec tempora durat imperiū. Franciſco huius nomīs
primo rege regnante/cuiꝰ pulchritudinē/eloquētiam/magnanimi-
tatemqȝ & liberalitatē vix quiſqȝ ceterorum regum excelluit. hic inui
ctam diu heluetiorum potentiam hiis diebus/recepto mediolañ.
ducatu contriuit. Nec eſt obmuteſcenda inter ceteras eius virtutes
ea/quam in prudētiſſimam & feminei ſexus facile decus/genitricē
lodouicam ſcilicet ſabaudam/exhibet reuerentiam. Digna profe-
cto tanti filii mater & filius matre. quibus adiuncta ſoror filiaqȝ mar
gareta deuotionis totiuſqȝ honeſtatis imago formoſitate pollens.
& ampliore prudentia ſplendens/funiculum efficit admirāde ſocie-
tatis triplicem amoris nodo retortum. Tanta eſt enim tum corpo-
rum tū cordium in hac trinitate conformitas: vt poſt illam que per-
ſonarum diſtinctionibus non multiplicatur eſſentia: inter mortales
hanc indiuiſam facile trinitatem dicamus.

¶ In alium vero ſuperexcellentem faſtoſioremqȝ ordinē porrigens
oculos: Octauianum primam imperatorum ſedem obtinentem in-
ſpexit. Non enī Auguſtus extitit imperator Iulius Ceſar/licet pri-
mus imperiū occuparit. Arcie filie Iulie Iulii Ceſaris ſororis filius
fuit Octauianus/qui brutum caſſiumqȝ & ceteros Iulii necatores



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Anthonii opera/vicit poſtremo & ipſum anthonium /non compa= tiente regno ſocium/debellauit. Erant enim cōmunes imperii recto res. Sed profecto nulla fides regni ſociis. Omiſq; poteſtas impatiēs conſortis erit(lucano teſte) Igitur alexander ſpretis que illi ab dario ampliſſimis offerebātur conditionibus/ dixit non poſſe mundū duo bus regi ſolibus Parmenioni itaq; ſuadenti oblata recipere & dicē= ti. Si alexander ego eſſem. oblata reciperem/reſpondit/ & ego ſi par= menio eſſem (volens iudicare maius ſe cor q̄ parmenio fouere)nec eſſe hiis rebus cōtentum alexandrum: quibus parmenio. Is octaui= an⁹(teſte appiano)glorioſiſſima geſſit bella: cui⁹ felicitati nullus añ nec poſt fuit equalis: pacificus enim fuit orbis domin⁹. Deſcripto ei⁹ iuſſu orbe vniuerſo vt euangelica tradit hiſtoria (ſi ſolino creditur) inuenta ſunt ſeptem milia milionum/ciuium romanorum. quo tem pore(prout idem vult ſolinus). lxxx. milia modiorꝫ frumenti quoti= die in vrbe roma ꝯſumebantur. Huic octauiano ſibilla chriſtum vir= gine natum in quodam celi circulo anteq̄ naſceretur oſtendit. adorā= dumq; ab eo veluti regem regum/predicauit. Hoc enim pacis tem= pore/pacificus rex pacem hominibus e celo afferens naſci dignatus eſt denūciantibus angelis in terra pacem hominib⁹ bone volūtatis licet greci habeāt. hominibus bona voluntas. xlii. anno imperii hui⁹ octauiani natus eſt xp̄us. ⸿ Hūc igitur xp̄i humilem licet implicitū adoratorē q. lvi. annis glorioſe imperans veneno affectus eſt modi= ce chriſtiana perfectio ſalutauit. Poſt quem vidit tiberium generum octauiani qui Ouidium ob compoſitum de arte amandi librum in inſulam ponti relegauit. Fuit enim hic Tiberius octauiani vxoris ex alio viro filius & filie ipſius Octauiani maritus qui ab octauiano miſſus in pānoniam cum. xv. legionibus/ triēnio inibi grauiſſimum geſſit bellum quo preter carthaginenſe (ſi ſuetonio creditur)nullum grauius romani habuere/rediit autem. xl. milia captiuorum ducens romam victor. Poſt octauianum electus vir prudens. ſtrēnuus. for= tunatus. atq; armorum exercitio apprime eruditus. ſcientificus elo= quēs. Hic pilatum vienne herodemq; & herodiadem in gallias ob chriſti mortem relegauit. Ea enim deuotione ad chriſtum fereba= tur/vt dedicandum chriſto cenſuerit templum/cui obſiſtentes pluri= mi ſenatores ab eodem īterfecti ſunt: Ob quam cauſam mutaſſe pri= ſtinos virtutis mores. Inq; ſcelera defluxiſſe dictus eſt hunc aliquali ter chriſtiana perfectio ſalutauit. Gayum per omnia neq̄/auerſo per tranſiit oculo hic a caſu & preter intentionem tiberii accepit imperi= um. Ordinauerat enim tiberius eum qui primo ad eum mane veniſ ſet imperatorem fieri. exiſtimans nepotem ſuum Claudiū tali omi=

ne potiturum. Adueniens autem gayus claudii benedictionem accepit quaſi Iacob eſau. Sequebatur igitur Claudius qui luxurioſiſſimam illam habuit vxorem de qua Iuuenalis loquitur. Intrauit madidum veteri centone lupanar. & iam laſſata viris: nondum ſatiata receſſit/quam mori iuſſit. huius tempore apparuit in egipto fenix: que ſecundum Clau. 500. annis viuit & vnica eſſe dicitur. cui male quidam Iohannes magduñ. bonas ꝓparauit mulieres/ac ſi ſola virgo maria exciperetur a mulieribus malis. Poſt Claudiũ ſanguinea opertam veſte: fetulentiſſimum luxuria vidit Neronem: ab claudio adoptatum. Poſtpoſito britanico filio ad inſtantiam agripine vxoris/que fuit mater neronis. digno poſtea munere cõpenſata. Siquidem iuſſit aperiri matrem. vt locum ſue manſionis in eius vtero intueretur. Cui dixit mater hic hic fodienda eſt mater/que talem tulit filium. Tribus viciis extreme preditus fuit nero: luxuria/crudelitate/& prodigalitate. Rethia fecit aurea piſcatoria. & coliſeũ rome maximam vrbis partem incendio/propter ſolam animi voluptatẽ adiecit/cupiens incendium troyane vrbis renouare. Infelix nimiũ qui morte hominum incendioq; letatur. Sentiens ordinatione ſenatus morti ſe adiudicatum/paucis comitatus extra vrbem fugit. & quarto ab vrbe miliario ſe confecit. hunc primũ chriſtiane fidei perſecutorem/eternis reliquit ignibus deuorandum. Galbam preterii: qui ab ottone occiſus interiit luciumq; piſonem ab galba in filiũ adoptatum. qui exiſtens ĩ iberia electionem accepit imperii. Regnauit nichilominus otto menſibus tribus. quem vitellius ex germania veniens imperator effectus debellauit. Otto autem non ferens vitellii gloriam ſeipſum interemit. Nouem menſibus imperauit vitellius qui ob combuſtũ ſabinum veſpaſiani fratrẽ furore populi periit. Veſpaſianus autem valentiſſimus iudeorum rebellionem eo tempore caſtigabat. Imperans aũt cum tito filio veſpaſianus hieroſolimam occiſis (ſi Ioſepho creditur) ſexcentis millibus iudeorum deſtruxit. Huic chriſtiana religio vltionis chriſti necis gratias egit. x. annis imperiũ glorioſe rexit. Quem ſequebatur filius titus duorum annorum & ſemis imperator virtuoſus & valens. qui bona pro malis reddere inimicis conſueuerat. ea mentis conſtantia preditus vt nũq̃ turbatus apparuerit: perdidiſſe illum diem ſe dicebat. quo nichil alicui donaſſet. Hunc igitur ob pietatem chriſtiana religio plurimũ honorauit. Summam etenim chriſtiane perfectiõis agebat partem inimicis bene agendo. Domicianus ſequebatur ſecũdus chriſtianorũ perſecutor qui. xvi. annis imperans beatum Iohannem relegauit in pathinos, cuiꝰ tẽpore pantheon in honorẽ matris deorũ fabricatũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt qđ nūc ī honorē ꝟginis matris dei ꝓceſſione bonifacio pape fctā ab foca īpatore/ꝯſecratū eſt. hunc īpiiſſimū xpianoꝝ pſecutorē chriſtiana religio ab ſenatu romano tradidit occidēdum. Neruam vero qui beatū Iohannē & alios chriſtianos ab exilio reuocauit/ & q gloſum illū iberice gentis decus trayanū rome nihilominꝰ natū. adoptauit/pietatis oculo intuita eſt. Trayanū glorioſas egiſſe victorias in oriente & occidēte/virū iuſtiſſimū atqꝫ valentiſſimū in armis & pro cuiꝰ aīa Gregoriū oraſſe reſcrūt. atqꝫ ab inferis reuocatā. Hic occiſi loco filii mulieris ab īpetu currētis equi ipſiꝰ īperatoris filii ipſū ꝓpriū tradidit filiū. Sāctos Euſtachiū atqꝫ ignaciū (reperto ī eiꝰ corde ſculptū ieſu nomē) īterfici iuſſit: pluresqꝫ feciſſet martires/niſi plinii perſuaſionibꝰ deſtitiſſet. Ignorabat enī quid mali faceret perſequendo xp̄ianos. Hunc gregorii precibus xp̄iana perfectio mitiꝰ allocuta eſt. Adrianus ſequebať filius ꝯſobrini traiani q deſtructā reedificauit hieroſolimā clauſo ī ea caluario mōte/quā vocauit heliam. prohibēs iudeorū in ea habitationē. Alexandriā pariter edificauit. & glorioſū ſibi rome ſepulchrū. qđ hodie ſancti angeli dicitˀ peritiſſimus grecis & latinis fuit litteris & in arte medices. xxxi. annis feliciter īperauit cuius tpe viguit ſcđus philoſophus. q ob detectū matri nomen: volūtarius mutus eſt effectus. Audierat enī aliquādo in ſcolis vbi remote a patria litteras adiſcebat. omnē feminam fornicariam quod verū credidit ſi matris / quam exiſtimabat pudiciſſimam / ea quoqꝫ conditio foret. Adultus itaqꝫ ꝓlixa barba & peregrino habitu īcognitus temptauit matrem. que aſſenſit. Eodem iacentibus lecto nichilqꝫ venerem agenti ſecundo. improperauit mulier vecordem animū. cui filius indignum aſſerens vas maculare quo exierat / recogniti filii dolore periit mater. In cuius facti penitentiam ſecundus perpetuū ſibi indixit ſilentium. Quod intelligens adrianus ad ſe accerſitum interrogauit plura. Nichil autem reſpondenti ſecundo mortem imperator cōminatus eſt/pertinacem vero ficto iuſſit verbo decollari. indicēs executori perſuaſionibus falſis indulgendo vite loqueretur/ decollaret: ſi vero pertinax omino ad vltimam colli ſubmiſſionē perſiſteret. illeſū reduceret. qui poſthec ſcripto multa dedit egregia adriano reſponſa. Sequebatur Anthonius pius qui recepto ab Iuſtino philoſopho de doctrina xp̄iana libro xp̄ianos deinceps amauit. Cuiꝰ tempore viguerunt ipſe Iuſtinus tholomeꝰ aſtrologus ciuis alexandrinꝰ taurus philoſophus. galienꝰ medicus pgamēſis aſie ciuitatis cōmētator hipocratis. policarpꝰ beati Iohānis diſcipulꝰ. & papias epiſcopꝰ Ieropolitanꝰ. Tāta dicitur huiꝰ Anthonii fuiſſe māſuetudo vt cum ſemel homuli domū ītraſſet amici ſui. viſiſqꝫ porphireis

colūnis homulū īterrogaſſet vnde colūnas haberet: reſpondentem homulū/cū domū alienā īgreſſus fueris ſurdus & mutꝰ eſto.tulit patienter.xxxii.ānis regnauit.quem xpiana pfectio benigne conſpexit Anthoniū piū ſequebātur marcus anthoniꝰ verus a quo verona dicta eſt qui ꝯſortem regni luciū aureliū non diu paſſus.xviii.ānis vtiliter imperauit ſolus. Non enī poſſūt duo capita vni caputio cōuenire.ſicut nec vnū caput duobꝰ capuciis. Hūc ſequebatur Seuerus qui xiii.ānis impauit tādem ob nimiam crudilitatē ſtrāgulatꝰ eſt/cōmiſſa ſtupratoribꝰ īpatrice. Cuiꝰ temporibꝰ Philippus egipti p̄fectꝰ pater ſācte eugenie xpianiſſimū accepit. Hūc ſequebātur Elius ptinax qui oblatū q̄tum decuit impiū recuſauit occiſꝰ finaliter a Iuliano. Seq̄batur alius ſeuerꝰ q Iulianū (vindex elii) pemit. Arabiā. parthiā. & hūgariā ſubiecit. Doctiſſimꝰ ī grecis ac latinis litteris philoſophꝰ qui.xvii.ānis feliciter impauit. Fertur autē tātum bladi moriēs reliquiſſe vt ad ſeptēniū toti romane vrbi ſufficeret. de quo ſenatus ſic retulit. aut nunq̄ debuiſſe naſci aut nunq̄ debuiſſe mori. Sequebatur Anthoniꝰ carcala filius ſeueri ſed diſpar cōditione hic papinianū Iuriſcō. occidit/ob rephēſionē nouerce quā duxerat in vxorē. q̄admodū beato Iohāni baptiſte dicimꝰ apud herodē accidiſſe/ſeptē annis impie regnauit. Quē ſecutꝰ ē macrinꝰ poſt vniꝰ āni regnationē occiſus Sequēte eliogabalo filio baſſiani & ſemiramidis meretric(viro ſpurciſſimo q dignas īpuritatis ſue dedit penas. occiſus atq; in cloacā cū m̄re piectꝰ. hic ſacerdos ſolꝰ exn̄s tēplū verterat in pſtibulū: q̄ ſcelere talē obiit mortē & dignā īpudicitie habuit ſepulturā. quattuor ānis hic ſedꝰ hō regnauit. Siq̄dē p̄les hiis tpibꝰ plati atq; ſacerdotes haud miora ꝯmittūt flagicia eccl'as locaq; ſacra & religiōi dedita pphanātes. q̄s reor ī cloacā inferni finaliter deponēdos. Poſt hos vidit alexādrū māme feie xpianiſſime filiū q̄ diſcipulā ſe reddidit origenis. Hic alexāder xerſē pathoꝝ regē deuicit & corpꝰ bti thome ab india trāſferri fecit: & ī ediſſa armenie ciuitate reponi. q tandē ī gallia factione maximinii occiſꝰ occubuit. anno xpi. ccxxx. Sūpto autē abſq; ſenatꝰ aſſēſu maximinꝰ īperio: romā aduerſꝰ gordianū ꝯſenſu ſenatꝰ īpatorē veniēs: ab pupieno romani exercitꝰ duce miſſo ad reſiſtendū maximino deſideratꝰ ē. Miſſis maximini & filii eiꝰ romā capitibꝰ ab aquileya q̄ttuor dierū tpe. viii. pedū magnitudīs fuit maximinꝰ fuit. tracia oriūdus. omī die. l. vel. lx. libras carniū vorās & vinum amplenimis exhauriens. Erat quidem exercitui facultas imperatorem eligendi: ſed Auguſti nomen ab ſenatu dari oportebat. Gordianum poſtea reſpexit qui deuictis xerſis Romā rediens a ſuis interfectus occubuit. Philippum vero primum imperatorem chriſtianū a pon=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tio baptizatū. qui factione decii cōmilitonis ſui interempt⁹/poſt obtentū ſeptēnio imperiū gratulabūda ſalutauit. Philippū vero filium qui audita patris morte theſauros dedit ſixto quoꝝ occaſione ſixtus laurentiuſqꝫ martyriū accepunt oſculata eſt. Deciū vero armipotentem/ſed impiū xpianoꝝ perſecutorē deriſit a barbaris cū filio in mōte celio interemptū. Cui⁹ tēporis fuere ſeptē dormiētes & btā Agatha martyr & virgo. Hungar⁹ fuit ex budina ciuitate. Gallū & voluſianū eius filiū occiſos in bello cōtra emilianū pretergreſſa/& emilianū ipm̄ qui duob⁹ tm̄modo impauit menſib⁹. Valerianū cū galieno filio dilectū ab omībus ſed poſtea captū a ſapore parthorū rege vidit viliſſimo deputatū officio. Siquidem valeriano quaſi ſcabello pedū ſapor vtebat͛ equū aſcendēs. Galienū vero valeriani filium. Cui⁹ tēporibus martyriū ſumpſere ꝓthus & acynthus ac beata eugenia & cipryanus carthagineñ. epus. & italiā gotthi occupauere/ occiſū mediolani a ſuis militib⁹ dereliquit. Claudiū poſt hunc gotthos ab ſclauonia & macedonia (quas quidē prouincias iam q̄ndecim ānis poſſederāt) deturbantē poſt habitū duob⁹ annis imperiū/obeuntē morbo mortē/cū filio valentiſſimo quītillo/qui nō niſi. xvii. impauit diebus: deſeruit occiſum a ſuis Aurelianū qui gotthos regionē vltra danubium incolētes deuicit & expulit quiqꝫ zenobiā orientis reginam cathenis aureis vinctā deduxit. romā deſpexit/ eo ꝙ primus oīm gēmis ornatam īpoſuit capiti ſuo coronā/ & quia nouā contra xpianos exercuit perſecutionē: & qm̄ ſanctā columbā duci ad proſtibulū/quā vrſa fremēs a corruptorib⁹ preſeruauit. demū gladio feriri iuſſit. Tacitum q ſex tm̄ menſib⁹ īperauit. Et probū q gallias barbaris liberauit. occiſū a ſuis in ꝓpria ſirimienſi ciuitate pannonie ſimiliter & florianum inutilē. & carū neq̄ pereuntem in flumine parthico reliquit. Probus autē ablatum ſibi velociſſimū qui cētum vno die tranſcurreret miliaria equū ex preda recuſauit dicēs. Imperatorē nō fuge: ſed pugne cā in bellū ꝓficiſci debere. Diocletianū dalmatā quia. xx. m. martyrū obtrūcauit/auerſis luminib⁹ ptranſiuit hic poſt obtētū. xvi. annis imperiū ad priuatā ſe propria in ciuitate ſalona redegit vitā. Cui placere geſtiēs maximian⁹ idē mediolani peregit. Siquidē diocletian⁹ impatorē orientis maximianū/occidentis ꝟo ꝯſtantiū ordinauit. Et hic quidē conſtanti⁹ ꝯſtantinū ex helena angloꝝ regina ex adulterio ſuſcepit. Cui moriēs in anglia īperium dereliq̄t. Deſponſauit aūt poſt adulterium helenā ꝯſtantini iam m̄rem. Cōſtantinū ꝟo mūdatū lepra p ſiluestrū papā. qa ignē ī eccl'ia (diuitias dādo) poſuit & in arrianā poſtmodū prauitatē ꝯſenſit neq̄q̄ benigne inſpexit. Hic xxx. annis īperium rexit. & trāſlato ad grecos impio cōſtantinopoli

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

do ſunt velle in mei (licet exigui) laboris mercedem accipe. Sed oīa
michi integra in celo ſeruari. ꝙ ſi aliquid vel honoris vel proſperita-
tis in preſenti vita fueris elargitus. Id totū in tue bonitatis atqꝫ libe-
ralitatis augmentū accipiā. Al̄as auffer a me omnia & michi nudo
teipſū repreſenta. q̇a te ſolū meo in pacto mercatus ſum cui dixiſti,
ego merces tua. Confer igit̄ potius in preſēti cuncta mala. vt in celis
habere tecum merear cūcta bona Abac. iii. Ingrediatur putredo in
oſſibus meis & ſubter me ſcateat: vt requieſcam in die mortis & aſ-
cendā ad populū ſanctū. vbi es benedict⁹ in ſecula ſeculoꝝ Amen.

¶ Qꝫ chriſtiana perfectio/philoſophicam ſeu metha-
phiſicam ſuperet ſcientiam.



SVperatis regibus & bellorum ducib⁹ xp̄iana perfectio ꝑuenit athenas vbi inextricabiles fere ſibi vidit laqos quibus detineret captiua parari. Ad eam quippe deuicendā om̄es armate cucurrerunt artes que liberales dicunt. Gramatica imp̄mis eā arguebat inepti ſermonis. Neqꝫ enī accurati ſunt xp̄ianorum & diuinoꝝ ſermones/elinguē igitur eā incuſabant. quēadmodū & miniſtrū eius paulū ſemiuerbiū deridebant: quib⁹ rn̄dit xp̄iana fides non defectu ſcientie/ſed ſimplicitatis & vtilitatis amore/ſimplicem q̄ ab omnibus intelligeretur habere doctrinā. Alīas & Hieronimū & Auguſtinū & Ambroſiū Pudentiūqꝫ Proſperum. & multos alios eruditiſſimos effeciſſe doctores. Logica vō mirabiles in eam tetendit queſtiones quas illa ꝓpter ſophiſticationē deriſit/& veritati operam donans abſqꝫ difficultate preteriit: admirante logica quomodo tā leuiter nodoſos laqueos effugiſſet. Phiſica vero grauiore conatu hanc niſa eſt detinere/que nec palliū quidē eius potuit retinere. Methaphiſicam vō multo cum faſtu aduerſus ſe venientē apprehēdit/atqꝫ captiuā abduxit: ſiquidē theologie obſequit metha phiſica. Aſtrologiā vero deuictā pedib⁹ cōculcauit. Muſicā aūt dato pro tp̄e p̄cio ſibi locauit/porro prebēdis afficiunt & p̄miis q diuīa perſoluūt cātibus honorant. Itaqꝫ oēm philoſophiā oēſqꝫ artes exuperat xp̄iana perfectio captiuas oēs pariſiū duxit. vbi potiorib⁹ edocte morib⁹ fidele deinceps obſequiū preſtitere. Philoſophicā igit perfectionem pene ī infinitū exup̄at xp̄iana. Siquidē oīs philoſophia aut indagādis p̄mis rerū principiis: aut cōtēplandis celoꝝ motib⁹: aut cōponendis vite hūane morib⁹: aut lepide promendis doctrine verbis innititur. Eam aūt que p̄ncipio rerū & cauſe ſeu veritati p̄me inuigilat philoſophiā. nulli dubiū a xp̄iana deuictam eſſe. Nunq̄ enī q̄tūcūqꝫ ad eam inuigilauerint/Socrates/Plato/Ariſtoteles. & ceteri hui⁹ ſcīe ꝓſecutores/aliqd verū aut clarū attingere potuerūt. ſed incerto huc atqꝫ illuc acti opinionū flatu/diuerſas rerū cās imaginati ſunt. Alii eternū fuiſſe mūdū/quē nihilomin⁹ finitū mole cognoſcebāt. arbitrati ſunt/& ꝯplexā totius mūdi hui⁹ maſſā deū exiſtimauere. Cū abſurdiſſimū videat ex tot partib⁹ qbus extat mūdi cōpoſitio ꝯflatū eſſe deū. quē nōnulli eorū altiore ꝯtēplantes indagine/actū purū abſqꝫ oī potētia & ſubſtātia ſiue oī accidente qđ & nos approbam⁹ p̄dicauere. Quō igit fieri pōt vt hec tot partiū coagulata moles/cui oīa accidūt ſit de⁹? Et ſi primā oīm cām oportet oīa cōtinere atqꝫ infinitā haberi/ꝓut quidā eoꝝ voluere. Quō fiet vt hec oīm rerū ſimul ꝯpacta moles q̄ limitationi ſubiicit/diuinitatis hēat rōnem? Fuere nihilomin⁹ aliqui ꝓpe diuinitatis naturam diffinientes qm̄ infinitū



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& immortalē atq͂ inſpectorē rectoremq͂ oīm dixere deū:nec ſic omīno aberrare omēs potuerūt quin vnā eſſe immobilē oīm motuū cauſatiuā cām/dimiſſa quaſi furtim tenui lucis in mentes eorū riuula/ꝑdicarint. Alii autem vel ſolē/vel ignē/vel aquam/vel terrā/vel elementa/aut varias rerum formas diuinitatis habere potentiā rati ꝑditiſſimos errorū anfractus peruagabantur. Hec omnia perditionis eterne fomenta/chriſto nobis puriſſimā reuelante noticiā veritatis/ablata ſunt. ac ſi tetra nube tectū celum ſol placido atq͂ vehementi lumine demonſtret hoībus intuendū. q͂obrem ortam hoībus lucem ex chriſti doctrina & merito/paſſim ſcriptura proclamat. Exortum eſt (inq͂t pſ.) in tenebris lumen rectis corde/& lux orta eſt iuſto. Eſaias quoq͂ pleriſq͂ in locis hanc nobis lucem annūciat dicens. Sedentibus in vmbra mortis lux orta eſt. Eſa.ix. Nec eſt propheta qui huius lucis prenuncia non dederit vaticinia. Hanc lucē poſt tenebras Iob expectabat. Iob.xvii. quam in tenebris micheas affulſurā ſibi preuidit. Michee.vii. Hac luce mediante Hieremias predixit omēs a minimo vſq͂ ad maximū cognoſcituros dominū. Hiere.xxxi. Et hec quidem lux vita eſt hominū que in tenebris lucet. Ioh.i. Nec ab ipſis cōprehenditur tenebris/id eſt infidelibus animis qui ſunt ſibi ipſis grauiores tenebre. Sapien.xvii. Siquidem illis ſolis ſuperpoſita eſt grauis nox illuminante vniuerſum mundū lumine fidei limpidiſſimo. Et hec quoq͂ fides vita eſt q̄m iuſtus ex fide viuit. Aba.i. Hec inquit dn̄s. Ioh.xvii. eſt vita eterna vt cognoſcant te patrem. Cognoſcimꝰ autem deū & patrem aut naturali lumine quo ſignati ſumus. Signatum eſt inquit. pſ. 4. ſuper nos lumen vultus tui dn̄e. Cuius quidem ſignati ſuper nos luminis illud eſt euidentiſſimū ſignū q͂ naturaliter omēs hoīes ſcire deſiderant. i. metha. donec ad ipſius prime noticiā venerint veritatis & attingāt actu quod habitu atq͂ virtuali geſtiūt aptitudine concupire. Non enim ineſſet ille attingendi primā veritatem nature appetitus. niſi & ipſa eſſet veritas que ſecreto quodam modo moueret ingenium ad inquirendum:& niſi natura illius particeps eſſe poſſet. Nam & ſi impoſſibilium poſſit eſſe volūtas ob ſui maximam libertatem/qua poteſt abiecto rationis freno in actū exilire. Nunq̄ enim impoſſibile appeteret conſilio rationis/intellectus tamen eorum que non ſunt aut ab ipſo nequeūt comprehendi nunq̄ naturale habere deſiderium poteſt:nec ad illa ſuapte natura feretur. negociabitur tamen imperante effrem voluntate eorū que non ſunt fantaſmata ſine lege fingendo. Cognoſcimus ſecundo modo per ea que facta ſunt viſibilia. Ro.i. Neq͂ enim quecūq͂ videntur habere infinitatis rationem poſſunt/quoniā vt ſupra diximus & q̄titatis ha-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bent limites & differentias qualitatis/ nec eſt aliquod eorum quod ceteris omĩbus eſſentiam prebeat atq; virtutem. Quis tam obtuſi eſt ingenii vt ſolem peperiſſe ſtellas credat? Quis vniuerſo ab celo terram exiſtimet procreatam. Neq; eam attingit. Si dixeris attingẽtiam non corporis eſſe: ſed virtutis intellige non potuiſſe remotius quicq̃ effeciſſe. quod propius non effecit. Si dixeris ibi celum actiões habuiſſe vbi diſpoſitam adinuenit materiã. Intellige hic iam non euꝫ procreaſſe materiam terre: que iam erat vt in ea celum ſuas haberet actiuitates. Si dixeris celum intuliſſe formam terre prius inani. pro ut dicitur q; terra erat inanis & vacua. Intellige ex iam hoc materiã ſine forma fuiſſe: quam non progenuerit ipſum celũ. Eſt enim prius materiam naturaliter conſiderare q̃ formam licet vix materiã omĩno informẽ conſideremus. Aduerte igitur viſibilia omĩa creata fuiſſe: quorum contemplatione deum facile arguimus creatorem. quoniam oportet eſſe aliquẽ eorum factorem que a ſeipſis facta nõ ſunt. Nihil enim eſt ſuiipſius cauſa primordialis ſaltim. Hiis argumẽtis videtur beata katherina philoſophos confutaſſe atq; maxentiũ. quibus ſm chriſtianã fidem vti oportet. Eſt tertius modus deũ cognoſcendi per fidẽ credendo hiis qui diuino afflati ſpiritu deum predicauerunt: vt prophetis & ſanct( aliis: & preſertim chriſto. Et hic quidẽ modus & facilior & veracior eſt. Facilior quidẽ qm̃ facillimum eſt omĩbus credere. non autem facile eſt omĩbus abdita rationibus perſcrutari. Non enĩ poſſunt ſimplices homines ex creaturarũ conſideratione aut naturali lumine ipſum deũ intelligere. Poſſunt aũt ſemper deum predicantibus fidẽ indubiam adhibere. q̃obrem nulla eſt infidelium excuſatio. quoniam nihil obeſt qui poſſint credere. Fidẽ igitur deus exigit quaſi vite atq; beatitudinis meritum: quoniã facilis eſt nec quiſq̃ ab credendo impoſſibilitatus eſt habetur. Sicut enĩ deus omniũ vult ſalutem teſte apoſtolo. Ti. xii. ſic quod eſt omĩbus poſſibile pro merito exigit ſue ſalutis. dicit igitur omĩa opera ei9 in fide. pſ. xxxii. Facilis eſt ergo fides: qm̃ credere omĩs homo poteſt. Difficilis tñ inq̃tũ per eã captiuare opꝫ intellectũ in obſequiũ xpi. credẽdo q̃dam rõni hũane repugnãtia. Tutior ꝟo eſt intelligẽdi mod9 per fidẽ: quia deus id ſemp acceptat q; hõ ſimpliciter agit: aſpiciẽs & intendens ad bonum. quecũq; autẽ credimus non ꝓpria inniti opinione adinuenimus: ſed verbis iuſtiſſimoꝶ innitimur hominum. Veracior quoq; noticie modus eſt fides. quoniã fidei ſubeſſe nequaq̃ poteſt falſum. Eſt enim obiectum fidei ipſa veritas: qua deficiente iam non eſt fides: ſed error erit & imaginatio ſeu credulitas eius quod non eſt verum. Sed ſi queris quomodo ſciat chriſtianus ſe veri-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tatem habere fidei ſue obiectum: dico tibi ꝙ hoc credit tum ſcriptu-
rarum auctoritate. tum eccleſie communi approbatione nec aliud ti
bi fundamentū aſſigno. Sūt nichilomin⁹ q̄ plura fidei orthodoxe pᷓ-
ſuaſiua: que oīa ſuccincte in ꝓlogo videas ſubtiliſſimi ſcoti. Eſt & ali
us modus cognoſcēdi deū quo aliquid addiť ad eū / qui ſimpliciter ē
fidei videlicet affectualiter: vt cū quis in oratiōe poſitus approximā-
te ſibi deo / reſolui in ei⁹ amorē ſentit affectū: & quādo tāta rapiť dul-
cedinis ſuauitate ꝙ etiam ſi vniuerſa librorū deficerēt & doctorꝝ ar-
gumēta. nichilomin⁹ guſtata illius bonitate / deū eſſe certiſſima diſ-
finitiōe tenebit. Sed nec hoc abſq꞉ dubio ē qm̄ poteſt fortaſſis homo
fortiſſima imaginatiōe deludi. atq꞉ i lacrimas & ardorē pia falſitate
deduci. Sed nō bene michi videtur poſſibile vt quiſq̄ ea feruēti fanta
ſia falſo iūgatur: vt ſenſiſſe illud agnoſcat. Nūq̄ enī ſic mouere poteſt
animū / quod falſo imaginamur q̄ qđ vere ſentim⁹. Eſt & ali⁹ mod⁹
noſcendi deū per reuelationē / queadmodū nouerūt prophete & qui-
bus reuelatio facta eſt diuine bonitatis: horꝝ autē prophetarꝝ & eis
factarꝝ reuelationū differentiā: quia plurimi doctores & preſertī ni-
colaus de lira ampliſſime poſuerūt non extendā. ad eos referatur ho
nor q primo hec oīa tractauere. Eſt alius cognoſcēdi deū mod⁹ intui
tiue pn̄te obiecto / & diſpoſita potentia ad intelligendū. & actu intel-
ligēte. quoquidē modo ſoli comprehēſores fruūtur vidētes deū ſicu-
ti eſt facie ad faciē in decore ſuo quos adimplet leticia cū vultu ſuo
ibi. ſatiabor cū apparuerit gl̄ia tua. O qn̄ veniā & apparebo aute fa-
ciem dei: in quam deſiderant angeli proſpicere cuius pulcritudinem
ſol & luna mirantur. O domine quando videbo lumen quod tu es in
lumine tuo. Non ꝙ aliud ſit lumen tuum: q̄ tu ſis / ſed per te in te vi-
debo te. tu videndi modus michi eris. & obiectum ſimul nec alio q̄
tuo lumine quod ipſe es vtar videndo te: quoniā & modus & actus
videndi te / fruitio michi erit / non vſus. vterer autem ſi per aliud q̄
quod tu es lumen te inſpicerē / ſi te videro ſalu⁹ ero. Conſtat igitur ꝙ
omnē philoſophorū methaphiſicā xp̄iana tranſcendit theologia nec
eſt aliud quod credi verius ſub celo poſſit q̄ deum eſſe: nec eſt niſi in-
ſipiens qui dicat non eſſe deum. pſ. xiii. Nec modo deum eſſe chriſti-
ana docet integritas. ſed prope quid ſit quoq꞉ attingit dum multipli-
cari hipoſtaſes in vnitate credit eſſentie & infinite virtutis ei perfe-
ctiones attribuit: vt infinitam bonitatem omni qualitate ſecluſa. in-
finitam iuſticiam omnipotentiam omni ſcientiam. nec realiter ali-
ud eſſe quodlibet horum q̄ ipſam dei infinitam eſſentiam: licet ab eſ
ſentia & a ſeipſis inuicem formaliter diſtinguantur. Profundius ad
huc ſe in viſcera īmergit diuina chriſtianorꝝ fides & theologica ſcia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dum perſcrutatur intrinſecos perſonarū emanatiōis modos. veluti
patrem a ſe ſolo eſſe nō aliunde genitum aut productum: ſed ipſum
eſſe primū omniū principium ſine principio & ſine fine. Filium ve=
ro a patre genitū nullo temporis interueniente diſcurſu. ſed coeter=
num ſibi & per oīa coequalē. Inter quos nulla interuenit prioritas
tēporis vel nature ſeu dignitatis. eo ꝙ vnū ſint in eſſentia/licet duo
in perſonis/non enī multiplicatis ſuppoſitis: ipſa quoqꝫ eſſentia mul=
tiplicatur: quēadmodum genito filio hominis multiplicata excipit̃
generantis & geniti filii. eo ꝙ ſit alia patris: & alia filii eſſentia/non
autem ad extra diuina tranſit generatio. ſed oīmodā habet intrin=
ſecus rationem. vbi cōia inter perſonas ſunt oīa preter relationes
quibus fit perſonarū conſtitutio/& notiones quibus earundē habet̃
expreſſio. Spiritum ſanctū quoqꝫ a patre & filio procedentē eiuſdem
nature atqꝫ ſubſtātie/nec differre ab vtriſqꝫ niſi relatione. Ad vtrūqꝫ
enī veluti ad vnū ſue ſpirationis refertur principiū. Signa originis
tm̄modo ad perſonarū conſiderationē differenter habemus.

¶ Qꝫ christiana perfectio ſine ſciētia excedit phiſicam.

PHiſicam nec minus indagationē chriſtiana precellit per=
fectio. Nam verius & anime & corporis rerū quoqꝫ crea=
tarum indaginē atqꝫ noticiam ſumit. Quotquot enī philo
ſophorū de anima tractauere/nichil plane verū aut ſolidū
reliquerunt. quāquidem voluere nōnulli eſſe mortalē. nonnulli vero
īmortalitatis eſſe participem. Quidam eorū vnū eſſe omniū puta=
uere animū/oīa diuerſimode animantem & ſm variam materie
diſpoſitionem infundere formā/quod profecto ſenſibili ſatis inniti=
tur argumento. Cū animaliū tum equiuoce tū vniuoce generatorū
videamus īmediate poſt debitā materie diſpoſitionē elaborare inie
ctum ſiue ſuſceptū a natura ſpm̄/qui nec pulicibꝰ aut vermiculis ſub
trahitur informās eam quę in materia eſt capacitatē. Si igitur a mi=
nimis gradatim ad maiora ſcandēdo reperimus augmentū fieri ſpi
ritus ſm cuiuſlibet animalis exigentiam: nec multū inter ſe vicinio
ra diſtare/puta inter pulicē & vermem: inter vermē & anguem: &
ſerpentem. vel ſicut inter muſcā & apem: inter apem & cicadā: in=
ter cicadam & auem: ſimiliter inter ranam & murē: inter murem &
felinam: inter felinam & vulpē: inter vulpem & leonē. & ſic in quo=
libet aīalium genere proportionabiliter videmus ſm differētiā ma=
gnitudinis corporalis augeri ſpm̄. ita vt in īmenſum prope vltimū
diſtare a primo videatur nō carebat oīno apparentia quod argue=
bant eodem ſpū oīa vegetari. Nam & ad ſpeciem hoīs multū ap=
propriare ſimiā videmus. Adeo vt pleriſqꝫ fatuis hoībus intelligen



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tia preſtare videatur & forma. Si dixerimus hominis animam non habere in indiſpoſito corpore liberas actiones. profecto videmur argumentū vnigenerici ſpiritus approbare. quoniā in vno quoqꝫ corpore tales habeat operatiões aīa: quales proportionata materie diſpoſitio ſuſcipere ab ea poteſt. Nam & que ab hoībus generantur monſtra non humane rationis capacem ſuſcipiunt ſiue induunt animā/ ob quam certe cauſam non recipiunt baptiſmi gratiā/ nec vita frui ſinuntur. ſed citius vel lapidibus vel alio mortis genere obruunť. Nōne plures videmus humanā indutos formam nichil vel ſenſu vel ingenio diferre a brutis? quod nō anime dicimus defectu accidere. ſed corporee indiſpoſitionis/ qua ne liberas exerceat anima in eo operationes detinetur aut impeditur ac ſi compedibus homo agilis detineatur ne diſcurrat. Sed profecto ſi ab anima (corporum differentia ſpecifica ſumeretur) nequaq̄ vſqꝫ adeo ſubiecta eſſet corpori anima/ vt omino ſue dignitatis operationibus priuareť/ quas & ſi ad exteriores deducere actus impediente organo non valeret. Intrinſece tñ intellectionis aut deſiderii ad extra prodeūdi gratiā ſiue ſtimulū nō vſqꝫquaqꝫ ſopitam haberet. Videmus incluſum alicubi flatum nūq̄ deſiſtere ab ea (quam loci diſpoſitione induit) ſpirationē emittere. Nam ſi vel camino vel parietibus includatur proportionatum anguſtie ſeu amplitudini locorū dabit ſonū. Si igitur anima humano infuſa corpori (vt credimus) ab ceterorum differret animaliū ſpecie licet obtuſa miſero ineſſet corpori. Abintra tñ vel aliquid obtineret ſue proprietatis rationalis: vel triſticiam ſue captiuitatis aliquo vel interiori vel exteriori demonſtraret ſigno. Sed nullam fatuorum videmus eſſe triſticiam. nullumqꝫ ad meliorem ſeu honeſtiorem viuēdi modū ſeu vtiliores artes addiſcendas deſideriū: quo arguiť nichil eam obtinere plus dignitatis aīam q̄ brutorū cuiꝰ rei dubius extitiſſe ſalomon in eccľiaſte videť vbi dixit. Eccľes. 7. Quis ſcit ſi ſpūs hominū aſcedat ſurſum: & ſpūs brutoꝝ deorſum eat. Eque enī vt brutū homo moriť/ & nihil differre inuicē videnť. Quāquidē ſcripture ſententiā theologi doctores in perſonā inſipientiū dictam accipiunt. Sūt alii quorū ſapiētie liber recitat opinionē. Sap. 2. Qui euaneſcere more aeris aīam putauere: nihilqꝫ hoī ſupereſſe q̄ iocundā ducere vitam. Qđ & eccľes indicare videť dicēs. Eccľes. 2. Nichil vltra hr̄e hoīem ex labore quo in terris eſſudat q̄ vitā iocūdam. Et mirū certe eſt tāti viri nullā clare ſentētiā haberi de vita beata futuris ve bonis. Fuerunt alii qui circulari modo ingredi/ egrediqꝫ corpora credidere aīas. quorū tum ſcotus tum ceteri ſapientes ampliſſime abſurditatē dānarunt. Si enī ea q̄ michi ineſt aīa/ pluribus infuiſſet/ aliis equidē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eorū que pertractaſſet antea reminiſcentiā obtineret. Si dixeris (am miſſo corpe) ptinus memoriā eoꝝ que in eo geſſerit deperire. Que ro an propriū ſit aīe memorari vel ſi ab corpore ſumit? Si ab corpore ſumit eas que ſunt aīe proprietates vt intellectū/memoriam/atqꝫ vo luntatē: ineſſe eas oportet corpori: quod aperte falſum eſt. Si vero in ſunt ei: quō nichil (alio in corpore poſita) horum memorabitur aut intelliget: que geſſerit in priore? Si dixeris ammiſſo corpore deperi re ſpecies imaginarias in ipſo intellectu paſſiuo permanente in ſem piternum agente intellectu atqꝫ recipiente/qm̄ ab eterno inſit intelle ctui agere & recipere: ſecūqꝫ animā hec ſemper circūferre. Intellectū vero paſſiuū qm̄ videt̄ ex tpe per imaginarias mediantib⁹ corporis aſſumere ſenſib⁹: veluti corruptibile & gn̄abile aliquid ad amiſſionē corporis ammittere: ſicqꝫ precedētes āmittere imaginationes & in tellectiones memoriāqꝫ precedentiū ammiſſis ſpecieb⁹ deperire. Re ſpondeo non videri cōueniens poſt inſcriptas ſemel ſpēs in aīa/quā primo cū illabit̄ corpori tabule aſſimilāt raſe/deperire oīno ſic vt ni chil ammiſſis ſenſibus quibus ad imaginarias illas ſpecies acquiren das vſa eſt ī ipſa retineat̄ ac ſi ſemel īpreſſum cere ſigillū oīno delea tur. Sic enī oportebit frequenter eandē aīam eſſe tabulam raſam. Si hec parua videt̄ incōuenientia/accedit alia qm̄ continget quandoqꝫ aīam hominis eſſe bruti. quoniā exuta humano ab corpore protin⁹ in primū ſeſe infūdet preparatū corpus qualecūqꝫ illud fuerit/ne ocio ſa vacet a motu. Poteſt autem dari propinquius alio/ bruti corpus in quod ſe ingerat: quod vilitatē arguet hominis indecorā/quoniam ſi (teſte ipſo philoſopho) anima act⁹ eſt & endelichia/ideſt perfectio hominis/quō perfectionem obtinebit homo maiorem bruto/quem contigerit eadem perfici (qua brutum) anima? Sunt alie abſurdita tes plurime/quas chriſtiana om̄ino abhorret fides cui potius q̄ falſi tati philoſophice debem⁹ inniti. Fuere nihilominus nōnulli qui aīe predicauerunt immortalitatem/ſed dubium quidem: aut falſum mi ſcētes aliquid. Equidem immortalē quoqꝫ animam dicere potuerūt qui hanc numero vnam oīm crediderunt: quoniā perpetuam ſic eſſe oporteat/& ſemper fuiſſe. nec vnq̄ deeſſe: quo fit vt deū nōnulli hanc fuerint opinati. Cum turpe ſit deos om̄ia dici animantia. Siquidem anima nec eſt corpus: nec virtus in corpore: ſed perfectio eius. & que dependeat eque a corpore ſicut corpus ab ipſa. Itaqꝫ om̄ia animata deos eſſe oportebit/ quoniam perficientur ab anima que deus eſt. Itaqꝫ ſubiici deum corporibus erit neceſſe/quoniam mediante corpo re paſſionibus anima ſubiiciatur. Non itaqꝫ decet ob vniuerſitatem dicere īmortalem eſſe animā (niſi ſubtilius id accipientes) dicamus



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deum animarū creatorem quo cūcta eſſe recipiunt/ immortalem & omī fine carentem/proprie autem anime īmortalitatem in ſingulis ponimus: qm̄ tot ſint diſtincte hominū anime/ quot ipſi fuerint ho-mines. Neq̨ participare cum eis quib⁹ viuūt bruta ſpēm. qm̄ non dignitatē īmortalitatis eque cū hominis accipiunt anima. Qui vero & has diſtīcte dixerūt īmortales hominū animas variis circūuoluti errorib⁹/neq̄q̄ dignā earū vel futuram gloriā aut penā ītellexere. ſed vel bonis eliſia quedam dedere loca corporeis plena fantaſmatibus aut dānata malis tormēta/que fabularū potius habeāt ſimilitudinē q̄ veritatis ſtolide. Igitur paſci corporeis deliciis animas putauere. que neq̨ cibo neq̨ potu neq̨ venere indigebūt/cum corpora linquent. Criſtiana vero fides anime diffinitionē atq̨ proceſſum tum dignius tum verius: tū vtilius aſſeuerat. verius quidem qm̄ veriore innitit̄ fundamento. Edepol maiorē veritatis rationē xp̄iana tenet auctoritas q̄ que philoſophorum queat opinionib⁹ fabricari. Nū firmior diuina eſt ſentēcia cui credim⁹ q̄ philoſophoꝝ ſciētia quā diſputam⁹? Illi quidem quaſi homines errare potuerūt: deus aūt omnino nō poteſt. Et illorū quidem diuerſe opiniones fuere: xp̄ianoꝝ vero vna eſt omniū pia credulitas. Non īuenies ſacre ſcripture diuerſas eſſe/q̄admodū ſunt philoſophoꝝ opiniones. puto maxime ad hunc ſenſum dici per ſalomonē homini philoſopho. Ne īnitaris prudētie tue. pro. iii. Innitere potius auctoritati diuine nolite circa hec multiplicare loqui ſublimia gloriātes. qm̄ deus ſcientiaꝝ domin⁹ eſt. i. reg. ii. & ſtultus fit omnis homo a ſcientia eius. Iere. x. Crede deo & liberabit te qm̄ fidelis deus in verbis ſuis. p̄s. 144. Sic autē xp̄iana tenet fides a deo creatas omniū hominū animas ex nihilo quidem. ſed non iteꝝ in nichilum redituras: qm̄ immortalitatē adeo ſortiuntur/ cuius eſſe capaces poſſint. Et infundi organizato poſt debitum tempus corpori/nec alteri vnq̄ vniri q̄ cui ſemel a deo fuerit copulata. Eſſe autem cuiuſq̨ hominis animam vnam numero/ ab eo qui angelorum dicitur & ab eo qui eſt brutorum ſpiritu ſpecie differentem. Sed angelice capacem beatitudinis ſiue ruine/nec eſt quod equitatis vllam habeat rationem (meo iudicio) fortiorem q̄ digna meritis bonorum & malorum ſtipendia reddi. Vtilius quoq̨ chriſtiana perfectio ſentit quod quid eſt de anīa q̄ phiſica priſcorū philoſophia. Nēpe fortiore detinemur probitatis freno. credentes immortalem animam immortalem ſiue gloriam pro recte factis / ſiue penam pro maleficiis accepturam/ q̄ ſi nulla vel premii vel ſupplicii ſpe tracti ſola virtutis & preſentis laudis conſideratione maleficia deuitemus iuſticiā ve ſequamur. Ah quot perditiſſimi hoīes ob future deſpationē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vite voluptatū ſeu quorumcunq; pctōꝝ ſeſe gurgitibus immerſere. Porro quicunq; hac infidelitatis morte parciti ſunt. In omnes facile maleficiorum ſeſe iniiciunt laqueos. dum nichil quo terreantur impoſterum eſſe credunt. Et hii quidem nil plus veritatis retinent apparentie q̄ videant ad preſentem eorum conducere vtilitatē. Nec vere virtutis cuiuſlibet integritate decorantur. qm̄ extrinſeca tantummodo eſt eorum virtutis oſtentatio. Intrinſece vero nil bonitatis habent. Neq; enim eſt illis cure bonitas cuius nullum exiſtimāt fructum. Omnia igitur ad exteriorem referunt eorum vtilitatem/ quibus ſatis eſt vel cenſure penas euadere: vel eum qui ab hominibꝰ redditur/ honorem obſeruare. vbi vero horum duorum libertatis habent fiduciam: nichil impiatum relinquent. Non fidem hominibus ſeruabunt/ non mendacium abhorrebunt. voluptatibus impudentiſſime potientur: vindictas/ hominumq; cedes/ atq; rapinas & furta licentiſſime agent/ nec erit apud eos facinorum differentia. quorum nulla reputant eſſe tormenta. Hoc ſolum eis malum eſt non poſſe volita mala patrare: huius labe infidelitatis plurimos reor eſſe infectos qui chriſtiane cenſentur nomine dignitatis. Nunq̄ enī tam obſtinate vicia ſequerentur aut aſpernarentur virtutem/ ſi futurorum illis vera fides ieſſet. que non patitur errabundum ſe habentem diutius hominem peruagari. Nec putemus obſecro fictos eſſe penarū terrores ad cohibendum hominū animos ne aberrent a lege. Impiiſſimorum eſt hominum talis cogitatio. & errātium a veritatis via. qm̄ creauit deus hominem inexterminabilem. & ad imaginem ſue ſimilitudinis compoſuit illum. Sap. ii. Non patitur equitas impunitum relinqui malum/ & irremuneratum bonum. Sic dicit Boe. O roma vetus veteres cum te rexere quirites. nec bonus immunis. nec malus vllus erat. defunctis patribus ſucceſſit praua iuuentus. Quorum conſilio precipitata ruis. Non fit aūt horum omnium que ī preſenti fiunt vita retributio de pe. di. iii. quid ergo. Q̄obrem oportere locum alibi eſſe vniuerſalis omnium retributionis arguimus. Ibi iuſtum & impium iudicabit dominus. & omnis rei tunc erit tēpus. Eccleſiaſtes. vii. Mirum certe atq; dolendum peritiores vt plurimum hac peſte infidelitatis infectos homines/ cuius rei patentiſſimum eſt ſignum audacter in vicia ruere/ nichilq; vltra hominum ſortem vel metuere vel amare. Idiote autem & ſimplices pietatem fidei ſimpliciter obſeruantes. & templa frequenter colunt & veritatis verba timorati auſcultant. ad propoſitam inferni trepidant penam. ad propoſitam paradiſi exultant gloriam. hii maleficia deuitant/ & operantur bona quibus ad vitam perueniant ſempiternam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dignificantur etiam anime hominum chriſtiane credulitatis fide quoniã et immortales & deiformes eſſe creduntur. Non ſunt autem digni honore/qui vſqꝫ adeo animas inhonorant ſuas vt brutis eas aſſimilent. & qui non credit ab porco differre hominem/porci cenſetur merito nomine. Hac autem immortalitatis animarum fide gaudioſam agimꝰ futurorum bonorum ſpe vitam/& mala patientiſſime tolleramus & bona volentiſſime factitamus: nec funeſte mortis fatum chriſtiani quemadmodum ceteri horrent credentes immortalitatis eſſe participes animas. Qui vero hac non fulciũtur fide neſcio quam poſſint cordis veram habere leticiam. quotiẽſcũqꝫ enim exitii precogitant propinqui fatum. dum nil vltra ſeſe credunt habituros ĩmani certe triſticia comprimanṫ neceſſe eſt: qm̃ tanto egrius preſentia relinquunt bona q̃to poſt hec acrius deſperant nulla ſe inuenturos gaudia. O beatiſſima chriſtianorum fides. que pre cunctis legibꝰ vicia reprimit fortius pre cũctis mundi premiationibus ad virtutes allicit amoroſius pre omnibus ſcientiis veritatem intellegit clarius pre omnibus diſciplinis mores hominum ordinat melius. pre cũctis voluptatibus animos letificat verius. & pre cũctis mundi honoribus glorificat in celo beatius. Hanc ſequamur & teneamus dum peregrinamur in hoc ſeculo. ii. coꝝ. v. Intuentes per ſpeculũ in enigmate. i. coꝝ. xiii. donec deum deorum (.ps. 83.) in ſion videre mereamur reuelata facie. Amen. Excedit etiam chriſtiana perfectio phiſicam in rerum ceterarum noticia qm̃ ſiue patiẽtia ſiue diuina ope multo melius: primũ quidem egritudini corporũ ſubuenit q̃ alia quelibet medicina: ſic beata virgo agata nunq̃ ſuo corpori medicinam adhibuiſſe/nec velle adhibere dicebat: credens ſe habere dominum iheſum qui ſolo verbo vniuerſa reſtituit & ſanat. Eſt enim ipſe potens abſqꝫ herba & malagma ſanare. Sapien. xvi. Nam & ſola ſeruorum ſuorum vmbra plurimi ſanabantur infirmi. Act. v. & ſepe/deſperatis medicinarum operatiõibus virtute nominis chriſti optate reſtituũtur hominibus ſanitates. Sed illa eſt excellentiſſima chriſtiane perfectionis medicina qua non modo infirmi ſanantur. verum etiam mortui ſuſcitantur. Ipſe etenim dominus iheſus & principis filiam & vidue vnicum filium. ac fetẽtem quatriduo lazarũ ſuſcitauit. Amplius aũt in ſui glorioſiſſimi nominis virtute potentiſſima pleriqꝫ ſeruorum ſuorum innumerabiles pene mortuos ſuſcitarunt. Sed nunquid medici ſuſcitabũt ſua ſcientia homines. Profecto quos vel eſculapius vel apollo vel ceteri medicorum principes reſuſcitaſſe dicuntur. Id non vere mortuis ſed ad mortem prope declinantibus intelligamus impenſum ex arte medices beneficium. Sic igitur viuamus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt gratiam perfecte ſanitatis a domino conſequamur. & gloriam
poſtremo percipiamus ī regno viuorū. Nexus vero & ordinē creato
rū atq; naturā multo excellentius chriſtiana intelligit ac percipit fi=
des q̄ phiſicorum perſcrutatio. qm̄ fide quidem credimꝰ diuina / que
nunq̄ fallit prouidentia / omnia gubernari. diſponiq; ab ea ſuauiter
omnia. Sap. 8. nec eſſe quicq̄ in creatis rebus a deo abſq; decoris ordi=
ne conſtitutum. Nunq̄ enim ad eam peruenere phiſici ſciētiam / vt
intrinſecam cuiuſlibet rei / licet minime / perceperint conditionem.
O fatua hominum cura qui perſcrutandis inſiſtunt rerū naturis quas
ab initio vſq; in preſens inueſtigantes quicunq; homines nunq̄ attin
gere potuerunt. Sic dicitur deus. Eccles. iii. mundum tradidiſſe ho=
minum diſputationi. vt nō inueniat hō opus dei ab initio vſq; ad fi=
nem. Nonne hoc mirum eſt ꝙ nec animam ipſam qua ſubſiſtimus
phiſica ratione quiſq̄ hominum potuit intelligere? Quid ergo vltra
ſeipſum querit homo: qui etiam ſeipſum ignorat? Nichil eſt autem
facilius & difficilius q̄ ſeipſum cognoſcere: facile eſt & ſeipm̄ cogno=
ſcere / qui ſumpta proprie conſiderationis lucerna ſeipſum ſuo intel=
lectui obiectiue propronit inſpiciendum. Difficile vero eſt ei qui di=
ſtracto ad externa peruagatur animo. & qui fidei lumine in lucerna
impoſito humilitatis minimę illuſtratur. Stultum erit igitur remini
ſci per que tui ipſius obliuiſcaris. ſed conuerte ad teipſum intellectus
tui aciem & ſi potes cognoſce teipſum.

¶ Q̄ chriſtiana perfectio aſtrologiam excedat.

AStrologicam ſiue aſtronomicam / que eſt motus celorum
atq; ſiderum curſus / & influentiarum huiꝰmodi conſidera
tio phiſicam chriſtiana tranſcendit. Nam licet vltra pene
humanam intelligentiam primi huius ſcientie indagato
res euecti videantur. dum ſiderum varios curſus atq; orbes & motus
eorum diuerſos diſtinxere. Diſtantiam quoq; axis ab axe / & magni=
tudinem planetarum atq; ampliſſimam celorū extenſionem nume=
ris & menſuris inſcripſere / nunq̄ tamen eorum que ſupra firmamen
tum ſunt / noticiam habuere. Siquidē & fide & ratione binos ſupra
firmamentum celos adhuc inuenere moderni: fide quidem exiſtere
ſupra firmamentum aqueum celum intelligimus. dicente ſcriptura
ps. 148. Et aque que ſuper celos ſunt laudent nomē domini. Empir=
reum vero celum ſacra ponit theologia locum eſſe beatorū. ratione
vexo & nonum & decimum celum ex triplici motu arguunt firma=
menti. quod ex ſeipſo vnum habere ſolum dicunt motum / reliquos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vero a ſupra ſtātibus duob⁹ accipere celis/ quoniā ſit impoſſibile ab eodem diuerſos obtinere motus. Aſſerūt igitur motū ab oriente in occidentē a primo emanare mobili. Contrariū vero ab occidente in orientem a ſecundo mobili quod eſt nouū celum. Enimuero qui trepidationis dicitur motū qui eſt receſſus & acceſſus in ſeipſo ſup mūdi polis firmamento propriū eſſe. Sed mirū certe conari hoīem inueſtigare que in celis ſunt: cū nec valeat que ſunt in proſpectu in terris agnoſcere. Sed qm̄ in q̄dragesimali de motu lati⁹ hanc extēdi materiā: nō replicabo q̄d ſemel expreſſi. Chriſtiana aūt ſcientia/ & ad pluralitatem celorum deuenit noticiā vt dictum eſt. ſed & motus eorū & curſus atq̄ diſtantiam & amplitudinem numerūq̄ ſtellarum & influentias acutiore intelligit modo. Motus quidem ab angelis fieri credit & poſt iudicium ceſſare. quoniā non ſit vltra terre naſcentiū neceſſaria generatio/ que motibus celorum cauſatur. non preciſe/ ſed quia per motum approximatio fit ſiderum/ quorum influentiis exurgant generationes in terra. Curſus vero ſic accipit methaphorice/ vt vera exiſtimet ſidera iuſtos in celis conſtitutos homines/ qui nunq̄ moueri affectibus atq̄ intelligentia in deum deſinant. intelligendo eam que infinita eſt diuinitatis eſſentiam/ atq̄ bonitatem amando. Inter ſeipſos quoq̄ diſcurſus erit: quoniam & mutuis ſeſe intelligentiarum diſcurſibus frequentiſſime penetrabunt: & ordinatis affectuum nexibus ſeſe inuicem continue conglobabunt. In quibus non corruptibilis herba generabitur: ſed perpetua ex caritate leticia concreabitur. Orbium quoq̄ ordinatus erit accurſus/ quoniam ſuis orbibus (id eſt ſtatibus) oēs ordinate ducentur. Influent autem alter in alterum mutuū perpetue felicitatis amorem/ gaudium alterutra caritate ſibi inuicem dilatantes. Hec eſt chriſtianorū beatiſſima fides & ſapientiſſima celorum inſpectio. In quibus adhuc in terris conſtituti iugiter conuerſantur que ſurſum ſunt: non que ſuper terram ſapientes. Colo. iii.

¶ Eſt enī chriſtiane perfectionis/ quecūq̄ in terris ſunt pro nichilo ducere & celeſtibus tota mente contemplationibus inſudare. Quid enim terra iuuat niſi vt corpus poſt mortem operiat? Surſum ad celos vocant animum initia ſua: vt ſpiritus redeat ad deum qui fecit illum. Eccleſiaſtes vltimo. Vt quid auarus homo aggrauat contra ſe denſum lutum? Abac. 2. vt quid oculos in terram ſtatuit miſerabilis homo? (p̄s. xvi.) Num par beſtiis eſſe debet homo? Ouidi⁹. Nā prona ꝓſpectant aīalia cetera terrā. Os hoī ſublime dedit/ celūq̄ videre Iuſſit: & erectos ad ſidera tollere vultus. Nā & anaxagoras inſpiciēdi celi cauſa creatum ſe eſſe dicebat. Sed non eſt chriſtianorum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

perfectio ſoli celoꝝ materialium inſiſtere cõtemplationi. altior pro
fecto eſt/ſublimiuſqꝫ volat xpiane perfectionis indago. ad ipſum deũ
cõditorẽ celorũ ſe protendit fidelium conſideratio. Quid enĩ michi
eſt in celo & a te quid volui ſuper terram. ps. lxxii. defecit caro mea/
delicias abhorrẽdo & cor meũ omnia creata deſpiciẽdo/ deus cordis
mei & pars mea deus ineternũ. Ad te igit leuo oculos meos q habi
tas ĩ celis. ps. 122. Cui celũ ſedes eſt. Eſa. vl. ad te non ad celos dirigo
mentẽ meã: qm̃ tu es celoꝝ omniũ cõtinẽtia in quã me trãſmittere
cupio. vt primũ quidẽ tu me abſorbeas tecũ omnia aĩe mee deſide-
ria tollens. demũ ꝯſiderabo celos tuos angelos & ſanctos tuos. ps. 8.
Opera digitorũ tuoꝝ lunã/ ideſt virginem mariã/ que luna eſt per-
fecta ineternũ. ps. lxxxviii. & ſtellas ideſt ſanctos alios/ q̃ oĩa tu fũda
ſti. Ad hos me cõnectã. Iob. v. vt pro me depcẽtur in tempore opor-
tuno. ps. xxxi. & laudãs te ĩ ſanctis tuis/delectabor in factura tua. ps.
149. & in operibꝰ manuũ tuarũ exultabo. ps. 91. Ibi cõſidero milia
miliũ aſſiſtentia tibi dañ. vii. & decies milies cẽtena milia que mini
ſtrant obſequẽdo tue maieſtatis imperio: nec video eſſe numerũ mi
litibus tuis. Iob. xxv. quẽ ariſmeticꝰ valeat numerꝰ aſſignare. Ibi cõ-
templor iuſtorũ excellentiſſimã claritatẽ qua fulgent ſicut ſol in con-
ſpectu tuo. Math. xiii. & quaſi ſtelle ĩ ppetuas eternitates. dañ. xii. q̃
diſcurrunt vt lampades & quaſi fulgura coruſco lumine miſſa. Illic
caliginoſos mee obſcuritatis & ingnorantie oculos enitor ĩferre/ ſed
radiis ſuis obcecat me ſplendor ĩmenſus. Eccli. xliii. Corrũpitur enĩ
ſenſus hominis excellentiſſimo illo claritatis obiecto. Nec tamen
deſiſto quin ſedentem a dextris tuis in veſtitu deaurato. ps. 44. glo
rioſiſſimã virginem illam intuear que ſuper omnes angelorum cho
ros exaltata proprior admirande maieſtati tue micat gloria clariore
ſole quaſi veſtimento ineffabiliter amicta/& duodenis coronata ſtel
lis. Apo. xii. quam laudant aſtra matutina/ venerãtur angeli omẽs
adorant archangeli. honorificant celorum virtutes. dominationes
extollunt. glorificant principatꝰ/magnificãt poteſtates / dignificant
troni/ cherubin admirãtur. ſeraphin contemplantur. & cui om̃is celi
curia famulantur. hanc preſignauerũt patriarche/& prophete prenũ-
ciauerunt/apoſtoli predicarunt/ euangeliſte deſcripſerũt. Martires
proteſtati ſunt. Põtifices ſolennizarunt/elucidauere doctores/ virgi
nes imitantur/& penitentes aduocatã ad impetrandam tue bonita-
tis gratiam implorarunt. Criſtianorum aſtronomia contemplatur
firmamentum eſſentie diuine: ſtellis omnium perfectionum veriſ-
ſime atqꝫ pleniſſime adornatum: ibi fulget vrſa maior miſericordie
& vrſa minor iuſticie/ non quidem minor re ſed effectu: qm̃ patent

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

miſeratiões dñi ſuper omnia opera eius. p̄s. 144. Ibi pliades fulgent notionū. Ibi lacteū patet puritatis iter. Ibi polus lucet articus ſuprema firmans. & antarticus inferiora ſeruans. qm̄ ſuperiorum quidem eſt ſtabilis gloria. Inferorum vero perſeuerās eſt gratia. Ibi thaurus conſpicitur fortitudinis īmenſe/cui nullus reſiſtere omnino poteſt. Iob. ix. Ibi leo regnat dominationis ſupreme. Ibi gemina eſt patris & filii concordia. Ibi virgo claret incōponibilis entitas. Ibi cācer eternitatis peragrat/qm̄ nullum poſt mittit diuina eſſentia tempꝰ. Ibi libra iuſticie pōderat vniuerſa. Ibi ſagittariꝰ in peccatores vltionis iacula mittit. ſagittas autem ſuas ardentibꝰ effecit. p̄s. vii. ſed dat metuentibus ſignificationem vt fugiant a facie arcus. p̄s. lix. Ibi ſcorpio patientie poſt lapſū penitentie tempus cauda iudicii obſtinatos ferit. Ibi aries īuincibilitatis in omnes mūdi partes cornua ſpargit. Ibi capricornus infinite virtutis vbiq꜓ preſētiſſimus adeſt. Ibi aquarius miſericordie indeſinenter ſuper homines liberalitatem effundit. Ibi piſces diuine & humane ſimul iuncte in vnū nature pelagi illius infiniti profundiſſima natant. Ibi ſaturnum conſideramus prouidentie ſempiterne. Ibi iouem intuemur maieſtatis infinite. Ibi martem cōſpicimus poteſtatis eterne que nullo vnq̄ tempore corrūpetur. Dan̄. vii. Ibi ſolem lucidiſſimum ſapientie contemplamur. Ibi venerem caritatis inſpicimus. Ibi mercurium perpetue diſpoſitionis rerum cognoſcimꝰ. Ibi lunam aquis predominantē ideſt gratiam cordibꝰ hominum cōpunctionis/cōpaſſionis/atq꜓ deuotiōis ſubminiſtrantē inuocamus. Hec eſt vera chriſtianorum aſtrologia que fidelium animos ad ſe trahit. miro ſapientie illuſtrat lumine. ineffabili delectatione letificat. cōtinuo mentis exercitio tenet. negociari in abditis intellectum docet. acuit ingenium. confortat memoriam. inflāmat affectum. rectificat intentionem: accēdit deſiderium: cōfirmat propoſitum: ordīat volūtatē. eleuat a terrenis. purgat a viciis. abſoluit a peccatis. ſeparat ab humanis. coniūgit diuinis extra ſemetipſū hoīem ducit. & eūdem ī ſeipſo extra ſeipm̄ exiſtētē ꝓponit: abſtrahit a ſeipſo hoīem/vt nihil penitꝰ q̄rens ī ſeipſo toto mētis deſiderio ꝯiungatur deo. Iam nil vltra ſape/nil videre/nil loqui & nihil audire iuuat. Oīa eſt deꝰ hoīm quo ſine/ſunt oīa nihil. O vtinā ſic te xp̄e ſapiētia: vt extra te nil vltra ſciam. tu mea oīs ſcientia. cor & deſiderium meū ſpes fixa. leticia ſola. & gaudium ſempiternum.

¶ Q chriſtiana perfectio vincit dialeticam.

DIaleticam ſiue logicam longe chriſtiana exuperat ſciētia quoniam illa quidem diuerſis ſilogiſmorum deductionibus propoſitionum veritatē exhaurit. & infinitis pene cō

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

certationum nexibus offuſcatur. fallatias q̄plures admittit. & vel antecedentis aut conſequentis falſitate corrumpitur. premiſſas per ſepe vel falſas vel dubias aut probleumaticas accipit: & in deducendo ſepius argumento ſophiſticationem interſerit ita vt probabiliora q̄nqꜫ demonſtret ea que falſitati q̄ que veritati lucidiſſime innitũtur. Chriſtiana vero dialetica premiſſas pene omnes ex veraciſſime fidei extrahit fundamento. Ita vt neq̄q̄ liceat in dubiũ vertere quodcunqꜫ in maximam ſumpſerit: deductionem vero argumentorum ex mandatorum diuine legis decurſu componit. Conſequentiam vero ex iuſti iudicii irrefragabili auctoritate concludit. Vt eſt hec deum ſuper omnia homo tenetur diligere ſed iſte non diligit ergo mortaliter peccat. Et iterum bene ſequitur peccato mortali pena debet̃ eterna. Sed iſte habet mortale pctm̃: ergo hẽbit penã eternã. E cõuerſo aũt ſic arguit. Seruãti mãdata dabit̃ vita eterna. Sed iſte obſeruat ergo hẽbit vitã eternã. Nec licet ĩ fidei ſoliditate fundata argumẽta quomodolibet impugnare quoniam non franguntur logice maleis incorruptibiles ex fidei fodina conuulſi lapides premiſſarum.

❡ Predicamentis vtitur excellentiore quadam interpretatione. Nam ſubſtantiam ponit fidem. Eſt enim fides ſubſtantia ſperandarum rerum argumentum non apparentium. Heb. ii. qua chriſtianus ſubſiſtit / cui accidit bene operari: al'as non eſſe viuificã ſubſtãtiam. eo ꝙ fides ſine operibus mortua ſit. Iac. ii. i. q. i. ſicut vrgeri. q̄obrem nec ſubſiſtere infideles arguit homines q̃m nõ inueniant̃ ĩ ſubſtãtie predicamento id eſt in fide. In genere autem conſiderat vniuerſalẽ chriſtianorum ecceſiam: quam chriſti ſanguine & diuino germine conſpicit generatam. Sed intellige multos quidem vocatos. ſed paucos electos. In ſpecie vero diſtinctos eccleſie ſtat⁹ vt pape. cardinaliũ epiſcoporum / canonicorum / monachorum / poſſidentium / & mendicantium. & monialium / incluſarum. deinde imperatorũ / regum / ducum / marchionũ. Comitum. baronum. nobilium: cãpiductorum. militum. deinde iudicum. aduocatorũ. procuratorum. ſcribarũ. deinde theologorum. iuriſtarum. philoſophorum. demum conſulum. rectorum. clientum. burgenſium. mercatorum. artificum. agricolarum. coniugatorum. viduarum. & virginũ. Differentiam vero tm̃modo bene & male viuentium ponit. Non enim differentiam ponit verus chriſtianus inter diuitem & pauperem: pulchrum & turpem: honoratum & humilem: ſanum & infirmum: liberum & ſeruum. quoniam non eſt conſideratio perſone apud deũ. Eque enim magnum & paruum ipſe fecit: & equaliter eſt illi cura de om̃ibus. Sap. vi. Nec eſt qui nequeat regni celeſtis & diuine gratie fieri ex bonis operib⁹

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

particeps. Nullam igiť differentiā xpianitas recipit/niſi iuſtorum & impiorū: quaquidē non modo ab alio: ſed etiam a ſeipſo homo differt vt iuſtus ab impio. que differētia cōiter accipitur: diuerſitate q̄q; a ſeipſo differt/vt puer a viro. ſic ignorans a ſciente: incipiens a proficiente. proficiēs a perfecto. Sicut enī ait aplus. Cū eram paruulus loquebar vt paruulus: ſapiebam vt paruulus. i. Cor. xiii. Cū autem factus ſum vir euacuata ſunt q̄ paruulum ſapiebant. Sic ſeparatur preciosum a vili. Hiere. xv. & a vili vilius: & a precioſiore precioſius iuſta cōpenſatione diſtinguiť. Quātitatē vero contēplationis metitur altitudine hūiliationis profunditate: latitudine caritatis & ſpiſſitudine firmitatis. Ibi continuitas eſt perſeuerantia ſeu bone voluntatis actualitas in qua eſt linea diuine legis om̄ia rectificās. ſuperficies bonum exemplū quo videntes opera bona glorificant deū. iuxta illud Matth. v. Sic luceant opera veſtra bona coram hoīb9 vt glorificēt patrem qui in celis eſt. In quaquidē ſuperficie nequaq̄ eſt īmorandū. Quia dicitur. Attendite ne iuſticiam veſtrā coram hoībus vt videamini ab eis. Corpus vero dicimus ipſū hoīem iuſtificatum. Ad punctum vero intentionis hec oīa referunť. temp⁹ autē & locus preſentis vite in qua peregrinamur & cōſtituimur deſignat mutabiliſſimū ſtatum: quia & mouemur in tēpore/& tempus in motu percurrim⁹. quo fit vt nunq̄ in eodem ſtatu permaneat homo. Iob. xiiii. Quātitatem vero numeri conſideramus eā que ex bonorū operum ſeu bene cōſūmatorꝝ dierum decurſu habeť numerationem: vt dies pleni recipiantur in eis. p̄s. lxxii. Relationes autē om̄es in deū conuertimus q̄m ad ipſum veluti ad bonorū oīm datorem optimū. Iaco. i. cuncta tum ſpūalia: tū corporalia: tū temporalia referim⁹ ab eo accepta bona cuncta videlicet in ſuo nomine ſm apoſtolū facientes & miniſtrātes ob eā qua in eū om̄es referimur caritatem. Diſquiperantie tū̄ eſt ſeu rōnis quelibet hoīs in deum relatio. Neq; enī vel conſtitutio fit dei propter hoīem vel adequare ſeipſū vt terminū. homo poteſt ad deum quaſi ad fundamentū. Ab creatore ſiquidē creatura dependet nulla equitatis mutue ſeruata menſura/q̄m in infinitū creator creaturam excedit. Non enī eſt finiti ꝓportio ad infinitū ſiue geometrica ſiue ariſmetica licet ſit analogica. ob eā qua rationalis creatura dei particeps eſſe poteſt: ratione autem ſola depēdentie creatura terminatur ad deū. licet creatoris ad creaturam mutua ſit relatio. In qualitatibus vero bonitatem exiſtimat optimā que prima inter ſciam & diſciplinam a pſalmiſta conſtituitur. p̄s. cxviii. dum dicit. Bonitatē & diſciplinam & ſcientiā doce me. Albedinis autē & nigredinis: caliditatis & frigiditatis & ceterarū hm̄oi nullū habet reſpectū logica

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

chriſtiana. Q̄m eque in paradiſi gloriā admittanť egroti: & ſani cor-
pore: nigri ethiopes: & albi germani. & quibuſcūq₃ (preter bonitatē
& maliciā) qualitatib⁹ hoīes diſcernanť. poſſumus tamē nigredinē
ponere in peccatorib⁹ quorū facies denigrata eſt ſuper carbones ini-
quitatis. Baruch teſte. Albedinem ponimus in caſtitatē ſeruātibus:
quorū omī tēpore ſunt candida veſtimenta. Eccleſiaſtes. ix. Calidi-
tatem habent feruidi: & caritate pleni. frigiditatē vero tepidi: quos
dn̄s euomit. Apo. iii. In hoc qualitatis predicamento ponim⁹ diſpo-
ſitionem que facile dimoueť & habitū virtutis ſeu malicie/ qui diffi-
cile remouetur/ diſpoſitionē in nouiter conuerſo ponimus/ habitum
vero in eo qui frequētatis bonis actibus bonitatis habitū acquiſiuit/
que autē inſunt a natura qualitates ad bonitatē ſiue ad maliciam in-
differentes aſſerimus. donec voluntatis ad eas conſenſus accedat.
Maxima igiť eſt illa xp̄iani ſollicitudo ne paulatim decurrat in ma-
lum & peccatorū delectationibus aſſueſcat/ quoniā deponere ſemel
acquiſitū habitum eſt difficile. dicente Hieremia. Si poteſt ethiops
mutare pellē ſuam: & pardus varietates ſuas: & vos poteritis bene
facere: cū didiceritis malū. Pereque enī malis aſſuetū difficile fieri
bonū/ vt deponere pardū varietates ſuas: & nigram ethiopis pellē
in candidam cōmutari. Eſt enī difficilis admodū vite hoīm imuta-
tio: & cū magno animi fit labore. in aucten. de mo. coll. i. §. ſancim⁹.
Nec obmittim⁹ oppoſitorū naturā. que enī ꝯtrarie opponunť: vt ha-
bitus & ꝓuatio i ſubiectis ꝯſideranť ſm gr̄e habitū ſeu poſitionē vir-
tutis & ꝓuationē: ſic opponi videntē ceco dicimus. i. ſapientē que dei
ſunt & inſenſibilē. Aīalis enī homo nō percipit ea q̄ ſunt ſpūs dei/ q-
bus ſpūalis afficiť. i. Cor. 2. Quattuor aūt prioritatis partes ſic acci-
pimus. vt pmū tpe illud ſit qđ pri⁹ diuino eſt mancipatū ſeruitio. Bo-
num inqt hoīm portare iugū ab adoleſcētia. Treñ. 3. Sic enī q̄ prius
tpe religionē ineūt. priorē obtinent locū: & rhodiani milites atq₃ ve-
neti ꝯſules ſm tēporū prioritatē largiunť bn̄ficia & dignitates. Pri⁹
numero dicimus quod ceteras generat vel ſecū trahit virtutes: vt ca-
ritatem. bene ſequiť hic homo habet caritatē: ergo & aliquā aliam
virtutem que conſtituet numerū binarium/ ſed non ſic de alia quali-
bet arguimus virtute. vt hic habet caſtitatem: ergo & humilitatem:
vel patientiā: vel cetera id genus. Prioritatē igitur numeri/ id eſt ex
conſequentia caritas obtinebit. nec eſt alia cui hoc iuſte minus adda-
mus. Prioritatem ordinis in perfectione conſtituimus vite quequi-
dem prioritas cū ea que eſt honoris facile recipit cōſonantiā. Dicitur
enī prius natura: quod eſt preſtabilius. Quicūq₃ igitur in conſpectu
dei eſt honoratior hic prior īter chriſtianos habeť. Neq₃ enī q̄ ſeipm̄

g

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cōmendat aut ab hoībus honoratur ille probatus eſt:ſed quem deus cōmendat.2.Cor.10.Sermonē vero de inſimul accipimus oīm virtutum ꝯnexionē:nō quia inſimul oēs realiter inſunt vnā habēti. ſed qm̄ ad ceteras per vnā fit diſpoſitio. Nichil enī obſtat habere aliquē caſtitatem ī ſua ſpecie verā:nec tamē humilitatē habere.Circa theologicas autem virtutes maior apparet vnitatis ſeu ꝯnexionis ratio. Impoſſibile eſt enī verā ſine ſpe & caritate habere fidē aut ſpem ſine fide & caritate:ſiue caritatē ſine fide & ſpe.qm̄ ab vno eodemq; principio hec oīa deriuantur/& pariter tendūt ad vnū nullo interſecante mediato. Ad deū ſiquidem(nullo medio)referunt̄: a cuius beniuola fontis emanarunt gr̄a.Species autē motus a loco primū ſic accipimus.vt nullus a ſenſu fidei cito moueatur ſm apl'm.2.Theſſa.2. Et q ſtat videat ne cadat.1.Cor.10.Generationē vero & corruptionem in anima ꝑ bonam & malā volūtatem: quoniam vbi deſit eſſe homo impius incipit eſſe iuſtus.quoniā vbi abhominatio aboletur: ſanctificatio conſecratur.xvi.q.i.nec is. Nam quotienſcūq; iuſtus ad iniuſticiam ſimiliter cōuertetur.corrumpitur ea prius inerat illi iuſticia:& iniuſticia generatur.vt patet Ezech.xviii.Accretio autem & decretio fit ſm feruoris intentionem & remiſſionē in caritate/& deuotione.Fit autem accretio flante ſpiritu ſancto quaſi inundante nilo. dicit.p̄s.Flabit ſpiritus eius & fluent aque. Et ſicut inundatione nili terra:ſic inundatione ſpiritus ſancti anima fecundatur.Alteratio autem per extaſim in contēplatione xp̄ianis quandoq; accidit in anima:nulla in corpore apparenter mutatione ſequēte.

¶Q( xp̄iana oratio rethoricam excellat.

ORationis vero ſuauitatem longe meliorem chriſtiana obtinet q̄ vel poetica:vel ſoluta quelibet per artem inuenta. quoniā ad veritatem aſpicit nihil fucatum requirens. Nō ideo tamen exiſtimo culpabilem aut omino inutilem bene lepideq; orandi modum chriſtiano. quoniā ſuauitate plerūq; orationis homines detinentur vt legētes hauriant quod intrinſecus ipſa latens habet veritas:ruſticos autē perſepe ſermones delicati & nobiliores quidam animi abhorrent:aut negligūt ſicut delicate pariter aures effugiunt. Solent namq; homines volētius dulcedine aliqua inuolutas ſumere medicinas:q̄ ſi crudam omino pretēdant ſue nature amaritudinem.Igitur predari gentiliū eloquētiam ad ornatū veritatis non minus chriſtianis licet q̄ licuerit iudeis egyptiorum ornamēta irreſtituibiliter accepiſſe. Nam & Moiſes/& Salomon/& Daniel egyptiorum ſcientiis apprime fuerūt imbuti.vt in.c.legim⁹ xxxvii.diſt.vide ibi.c.turbat.Sed ea eſt propria chriſtianorum ora-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tio qua deum vel ſupplicãt vel honorãt:& hec quidem q̃to humilior tanto acceptior fit deo:& vtilior ſupplicanti. qm̄ oratio humiliãtis ſe nubes penetrat. Eccli. xxxv. In quaquidẽ oratione (que mẽtis eſt in deũ eleuatio) quecũq; inſunt homini citius vitia pateſiunt. ac ſi quiſpiam in ſpeculo ſeipm̄ cõuerſo inſpiciat oculo. Nunq̃ enim licebit ad deũ tranſire animũ niſi prius ablatis/qui obſident atq; impediũt viã lapidibus peccatorum. Hii enĩ primo ſe occurſu obiiciunt contẽplãti ne tranſeat oratio detinentes. Treno. iii. Nam dicitur via peccatorum cõplantata lapidibus. Eccli. xxi. Auferte igitur lapides/id eſt peccata. Eſa. lxii. alĩas offendes ad lapidem pedẽ tuum/& via claudetur quo fit vt om̄ino purũ oporteat eſſe orantis animũ. Nec fieri põt vt vere orationis habeat exercitium quiſquis vitio cuilibet ſubiicit̃ permanenter. Alĩas enĩ que inſunt a natura non ex toto ſemper virtute orõnis auferuntur vitia quin facile obrepant & repente:ſed non permanent neq; ad culpam vſq; proſiliunt:q̃tũlibet igitur orationi videatur eſſe deditus quiſquis vel ſuperbiam/vel inuidiã/vel odiũ/vel auariciam/vel luxuriam mente fouet/nequaq̃ orõnis verum habuit exercitium:ſed apparenter fecit quo preſumitur orationis amator. de quibus dicitur. Populus hic labiis me honorat:cor autem eorum longe eſt a me.

¶ In hac autem oratione plures inueniũtur differẽtie tum ipſiꝰ orationis:tũ modi:tum cauſe:tũ effectus. Orationũ autẽ multiplex eſt differentia:quia ſupplicatio ibi differt a petitione. Petitio a deprecatione. Deprecatio ab ea que honoris & laudis eſt. Supplicatio enim eſt ea que cũ expreſſis quibuſdã narratiuis offertur vt cũ infirmitatꝭ vel tribulationis ſue cauſas quis exprimẽs vel bona opera recenſens ſiue recolẽs obſequiũ deo preſtitũ:inclinare ſupplicati aĩm ad cõferẽdam ſupplicationis enititur grãm. Sic eccl'ia recolẽs xp̄i atq; ſanctorum merita ſupplicationes mittit ad deũ aſſiduas. ſic & Ezechias rectitudinẽ vite ſue recolẽs atq; proponẽs deo. ſanitatis & vite longioris grãm adeptꝰ eſt. Eſa. 38. Vñ & que iudicibꝰ aut pncipibꝰ offerũtur ſupplicationes iuſticie aut pietati ſemꝑ innitũtur. Petitio aũt eſt alicuiꝰ rei determinate ſimplex & nuda poſtulatio. Sic in orõne nichil nr̃is meritis ꝯfidentes:nihil qđ iuſtificationẽ noſtrã ſapiat ꝓponentes:vt danielis ꝟbo vtamur. Dañ. 9. Non in iuſtificationibꝰ noſtris proſternimus pces ante dei:ſed ſolius ſue bonitatis fiduciã habẽtes/orando venimꝰ ad thronũ grẽ eius. Heb. 4. Vñ cõfuſus nunq̃ vllus abſceſſit. Dañ. 2. Deprecatio autẽ eſt que interpoſitis fit cõiurationibus vel meritis alioꝝ:vt cũ per immẽſam diuinitatis miam ſeu potẽtiam aut iuſticiã:vel per meritũ paſſionis xp̄i vl' ſctoꝝ pene



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cogimus deum vt exaudiat. In quo pleriq; haud benefaciũt obſecrã=
tes cũ aſtrinctionibus deũ/veluti qui dicũt. Te depcor dñe ſi tu es iu
ſtus vt hoc facias: vel ſicut tu es potẽs: ſic hoc facias. Primũ qdẽ du=
bitationẽ/ſcđm vero coactionẽ videtur habere. Non eſt autẽ cogen=
dus qui cogi non põt/deus. Alia eſt oratio laudis/vt que ſecretã vel
publicã continet dei laudẽ. Secreta eſt q̃ iubiloſa profluit a fonte cor=
dis qñ aĩa in ſeipã ſimul iuncta cũ vniuerſis interioribus ſuis bñdicat
dñm. p̄s. 102. Publica vero illa eſt que labiorũ ſono in conſpectu po=
pulorũ offertur/quam oportet eſſe ſonorã. bene pſallite ei inqt. p̄s. 32.
in vociferatione. In quoquidẽ laudis gñe: primũ oportet mixtam ti=
mori & reuerentie habere iubilationẽ/quoniã neq; qui omĩno timet
iocunde canet/neq; qui timore vacuus eſt: deuotionem habebit. Ipe
enĩ timor ſeu reuerentia diſſolutionẽ emittet & mentis iubilatio ſo=
noram vocẽ efficiet. Vtrũq; enĩ pſalmiſta declarat dicẽs. p̄s. v. Ado=
rabo ad templũ ſanctum tuũ in timore tuo. Et alibi. p̄s. lxxxviii. Bea
tus pplus qui ſcit iubilationẽ. Exultabũt (inquit alibi. p̄s. lxx.) labia
mea cum cantauero tibi & aĩa mea quã redemiſti: ſicut adipe (inqt
alibi p̄s. lxvi.) & pinguedine repleatur aĩa mea/& labiis exultatiõis
laudabit os meũ. Vtrũq; autem ſimul cõprehendens dicit. p̄s. 2. Ser=
uite dño in timore & exultate ei cũ tremore. Sic aget quicũq; proui=
debit dñm in ꝯſpectu ſuo ſemp. p̄s. v. qm̃ a dextris eſt illi ne moueať.
Non enĩ vel mẽte diſtrahiť interiore motu: neq; corpe diſſolueť ex=
teriore geſtu. quiſqs dñm pre oculis vbiq; habet ĩ cogitationis actu.
Et q ſic dñm laudat/& deuotionẽ audiẽtibꝰ excitat: & in ſeipo morti
ficationẽ obſuat nihil ad oñtationẽ neq; ad diſſolutionẽ accõmodat.
qm̃ nõ hoĩes ſed ipſũ cordiũ inſpectorẽ deũ/recto intuitu penſat. Eã
ſiquidẽ vultus mortificationẽ quã foris oñdit nõ hoĩm grã: ſed inti=
me ꝯpoſitionis ordine ſtruit. Non enĩ attẽdit quomodo placere hoĩ=
bus debeat: ſed quõ debitũ deo honorẽ exhibeat. Et ſic dũ intrinſeca
cõpoſitus mortificatione/p exteriora ſigna deũ honorat/eos q̂s mi=
nime ꝯſiderat/hoĩes ex deuoto edificat corpis geſtu. qui ꝟacior eſt q̃
qui coactꝰ ꝯponiť exẽplaritatis affectu. qm̃ prior quidẽ a ꝟaci prodit
ſctitatis vena. ſcđus ꝟo a vanitatis ꝓcedit ſiue hipocriſis inſipiẽtia.
Qui enĩ interiꝰ ꝟe mortificatiõis adeptꝰ eſt gratiã nihil ſibi violẽtie
inferens. exteriꝰ exẽplaritatis facile/nihil hmõi cogitans/exhibebit
gloriã. Ꝙobrẽ nõ mihi videnť ſatis boni aut recte intelligẽtes q exẽ
plaritatis cã moribꝰ ſeſe ꝯponũt honeſtis. ad hipocriſim hec mihi po
tius videnť attinere. qm̃ ꝑfecto ab ĩteriori debet exterior ꝓdire mo=
rũ ꝯpoſitio. nõ aũt arte quadã aut fucatiõe geſtuũ ordiari. Sic enĩ ab
imaginibꝰ nihil videnť differre cõpoſiti hoĩcs: qm̃ etiã arte imagies

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad quāuis cōponentiū voluntatē ordinabunt. Non igit eſſe morigeratus hō debet vt alios edificet: ſed edificare potius debet hoīes quia bonos induit atq; oñdit mores quos neq; ad extra penit⁹ oñdere pōt. qm̄ plures inſūt hoī bono virtutū grē: q̄ vt foris aſpectibus hoīm valeant exhiberi. Habet enī quiſq; bon⁹ abſconditū in agro cordis theſaurū quendā bonitatis. Mat. 13. qui neq̄q̄ valeat oculis hoīm patefieri. Itaq; oīs iuſti hoīs glīa intrinſeca eſt. ps. 44. vbi ꝯſcie latet irrefragabile teſtimoniū. 1. corꝫ. 1. Demū in hac laudis orone neceſſaria eſt melodia q̄ cōcordia bn̄ cōuenientiū exurgit vocū. Alās enī nihil ad audientiū edificationē ꝓficit cant⁹. qm̄ tynniūt aures vbi diſcordant voces. Porro triplici ex cā reor ordinatū eccl̄ie cantū. Primū q̄dem vt vocib⁹ publicis deū proteſtemur. Scđo vt aīos noſtros cant⁹ dulcedine cōmoueamus. Tertio vt audientiū pariter deuotionē excitemus. Hui⁹ quoq; oronis differētia ſumi poteſt ex diuerſitate: qm̄ alia quidē eſt oro declamatiua vt hec de qua ſupra locuti ſum⁹. diſceptatiua ꝟo alia qua qs p meditationē ſeipm̄ intrinſece arguit/ſecum qualis ſit ꝯferens. Accuſatiua eſt qua qs pctā ꝯfitet deo vel hoī dicēs ps. l. Q̄m̄ iniqtatē meā cognoſco: & pctm̄ meū cōtra me eſt ſemper. Narratiua eſt q̄ reuelat dn̄o viā ſuā. ps. 36. & oīa ſua cōmittit ei q oīa pōt. Exhortatiua eſt qua qs ſeipm̄ vel aliū in bn̄ ceptis hortat/a deo tn̄ prius exhortationē accipim⁹. 2. corꝫ. 1. vt alios exhortemur. Salutationē ꝟo poſuim⁹ dei laudē: & preſertim ad virginē ſalutatiōe vtimur angelica dicētes Aue Maria: vel Salue regina: aut Aue regia celorū/& alias q̄ ſalutatiue ꝓferunt orones. Petitionē ꝟo oronis ꝟe nullā puto haberi aliā q̄ q̄ dei ꝑtendit grām & amorē: nō diuitias: nō honores: nō voluptates: nō ſanitatē: nō longeuā vitā: nō vindictā in hoſtes poſtulat xpian⁹. ſed vel indulgētiā criminū vel bonoꝝ operū augmētū: vel ꝯformitatē ad xpi paſſiōes: vel aīaꝝ ſalutē: iuſtorū cōſuationē: pctōꝝ emēdationē: diuīe dulcedis guſtū: ſui amoris grām qua traiiciat & abſorbeat ī amatū. & vt nil ſapiat niſi xp̄m q̄ eſt oronis ꝟa ꝯcluſio. Oronis aūt hmōi vari⁹ eſt mod⁹/vocalis. ſ. & mētalis. Vocalis aūt duplex eſt vel q palā: vel q ſecrete fit. Si palā fit in eā de qua ꝑfati ſum⁹ tēdit laudis oronē. ſi ſecrete: is eſt q̄ qs ꝟbaliter ſuas effūdit p̄ces in ꝯſpectu dei. Et hic qdē ſi obligationē ſortit neceſſari⁹ ē. qm̄ nō ſufficit canonicas (iure debitas) meditari laudes: niſi ēt voce ꝓmant emiſſa. Ea ꝟo q̄ nihil obligatiōis habet oro nō reqrit voc expreſſionē: niſi hac iuuari ad aī erectionē pſentiat orās. Sūt enī qb⁹ vtilis videat voc expſſio ad bn̄ orandū. Et ſūt qb⁹ maxīo cēſeat īpedimēto. nec mirū qm̄ neceſſario ſecū ferat laborē illa voc emiſſio. q̄obrem tacitā reor pl⁹ hr̄e ſpūs oronē q̄ vocalē: qa q̄ quietior/eo ſpūalior



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

atq̃ vtuoſior ē mēt᷑ opatio. Sūt ēt q diuerſimode orēt. Alii nō niſi fle
xis poplitib⁹. Alii meliorē erecti hn̄t ſpm̄ & ſūt q ābulādo exiſtimēt
īuenire ſpm̄ deuotiōis. qd̄ fieri nullomō pōt. cū qetē petat deuotio/ q̄
mot⁹ excludit. Sūt nichilomin⁹ nōnulli tāta īdeuotiōis alligati ꝯſue
tudie vt nōniſi de ābulādo cāonicas pſoluere qant laudes dn̄o. Et ſūt
nōnulli deſides q pſtrati/ob maiorē corpis requiē/ī pfūdū declinēt p̄
ces. Impoſſibile ē eī curuato corpe exhibere ſpm̄ rectū. Cōſequit᷑ enī
ſpūs/corpis diſpoſitionē. rectum enī deus hoīem fecit. Eccl̃es. vii. vt
ſpeculet᷑ celos. nō pnū velut pec⁹ vt īſpiciat terrā. Oui. i. methamor.
Orādi autē multiplex ē cā qm̄ ſūt q leto moueant᷑ ſpū. & q triſti/& q
neceſſitate cōpulſi adeāt orōnē. Qui leto ineūt ſpū orōnē pfecto fru
ctū referūt potiorē qm̄ occurrit de⁹ letāti iuſto hoī. Eſa. 64. occurriſti
letāti & faciēt iuſticiā. Et hii quidē pſepe ſūmā ab oratiōe voluptatē
accipiunt qm̄ dei moeoria maxie delectant᷑. qq̄dē oblectatio maxia
eſt. cū ſe pximū deo anim⁹ quadā diuinitat᷑ paticipatiōe cognoſcit.
Impoſſibile ē enī abſq̃ mētis oblectatiōe pmaxia deū attingere affe
ctu qm̄ cōformat᷑ ei cui coniūgit᷑ obiecto volūtas. ac ſi quis digito cō
tingat atramētū denigrat᷑. ſic aīa ſi vſq̃ ad ipſū puenerit deū / ita vt
vere attingat/īpugnata illi⁹ grā atq̃ delectatiōe (qua plen⁹ eſt deus)
obuoluet᷑. Sūt enī in dextera illius delectatiōes vſq̃ ī finē. ps. xv. neq̃
enī triſticiā de⁹ habet. Eſt enī oīe verū atq̃ īfinitū gaudiū. q̄obrem
nō habet amaritudinē cōuerſatio illi⁹ ſed leticiā & gaudiū. Sap. 8. q̄
fit vt ſemp hilares appareāt q diuinis afflant᷑ aſſidue deſideriis. Ser
uite (inquit) dn̄o ī leticia. qm̄ hilarē datorē diligit de⁹. teſte Aplo. ii.
cor. 9. Non enī bene diuine cōueniūt cōditiōi (que iocūdiſſima eſt)
triſtes atq̃ melācolici. qm̄ gaudere nos ſemp ī dn̄o monet aplus. nec
dubito leticia excitatū potiorē habere vim laudis diuine ſpm̄. q̄ eū q
triſticia obnubilat᷑. Cui igit᷑ bn̄facit de⁹/ cōfeſſionē laudis refert effi
caciorē. Cōfitebit᷑ (īquit. ps. 48.) tibi cū bn̄fecer᷑ ei: libēter igr̄ cātabo
dn̄o q bona tribuit mihi. ps. 12. & pſallā noī dn̄i altiſſimi dicens. ps.
102. bn̄dic aīa mea dn̄o/& noli obliuiſci oēs retributiōes eius. Qui
aūt malis quatiūtur (& ſi volūtatis īperio) in diuīas velit laudes erū
pere. Attamē nō amplā habēt illā ſpiritus leticiā atq̃ prōptitudinē/
qm̄ minuit animi vires triſticia. Nūq̄ enī diuerſū aut cōtrariū a ſe po
tentia ſeu habitus vel paſſio eliciet ſiue demōſtrabit actū. Impoſſibi
le igit᷑ erit oppreſſū triſticia ſpiritū/gaudioſū efficere aliquid ītrinſe
co actu. Eſt itaq̃ ſegnior illa que ab triſticia prouenit oratio. Nihilo
min⁹ exaudibilior quādoq̃ eſt tribulati depcatio dicēte. ps. cxix. Ad
dn̄m cū tribularer clamaui & exaudiuit me. ps. 80. & alibi In tribula
tione inuocaſti me & liberaui te. exaudiui te in abſcondito tēpeſtat᷑

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et ad hec hortaṫ dicēs.p̄s.49. Inuoca me ī die tribulatiōis eruā te.
& honorificabis me. Puto igiť virtuoſioré afflicti eſſe orōnem qua
liberari deſiderat ſed nō laudē qua deū honorat: nichil enī efficacius
miſer appetit q̄ liberari a miſeria:nichil aūt remiſſius agit.q̄ gratias
referre pro pena. Ex neceſſitate aliqui ad oratiōis cōfugiūt adiutoriū
ſic confugit interdū templi violator ad aram. Nec petere offenſi mi-
nimis horret opem. Sic qui maris tempeſtate turbabāť ionā horta-
banť/deprecatiōes offerre deo Ione.ii. Et de bia philoſo.dicit dioge-
nes laertius ꝙ cum piclitaretur ea qua ſecū nōnulli quoq; peſſimi ve-
hebantur homines/cimba inuocātibus illis deoꝝ opem intulit. Sile-
te.ne vos hic eſſe dii ſentiant/qm̄ in profundum iuſta vos deiiciēt pe-
na. Orpheum quoq; religionis pitum inter argonautas tradunt deo-
rum implorato auxilio/piculum ſubmerſionis euaſiſſe. ſed non ina-
nia obtulit vota diis que citius tempore accepto pſoluit. In neceſſita-
tibus omnes deuotionē ad deos habent.nec eſt qui tam occulto late-
at loco ſanctus cui non accendere ſaltim candelam ſpondeant. ſed vt
in vulgari dicitur prouerbio more italico.paſſato el pericolo.gabato
el ſancto.hoc eſt trāſacto piculo decept⁹ eſt ſanct⁹. Hoc pcipue ma-
gnatū ē viciū q nūq̄ dei ſūt mēores niſi calamitate coganť. tūc enim
pegrīatiōes vouēt.elemoſinas largiūť. ſctōs īterpellāt ī terris hoīes
vt pro ſe deprecenť.ſed pſperitat͛ adueniēte cā iā nec dei nec ſāctoꝝ
vllā hñt rōnē. Videbis tonitrui voce pauefactos freqūetare cruces in
vultu in pectore. reſonare delicioſiſſimū nomē Ieſū. quod licet ex ſe
ſit bonū tam̄ ſepe mali cōnotatiuū. Nā quotquot magnis turbanť p
iculis Ieſū reſonāt/vocib⁹ altis. Cū ꝟo ſerenitas redierit aeris.īmēo-
res piculi luſib⁹ & choreis(pauloante dimiſſis)vtenť. Orōnis aūt di-
uerſus habeť effect⁹.qm̄ repiunť q pficiāt/& q deficiāt. q recipiāt.&
q nihil hēant. Eorū aūt q pficiūt palā ē cognitio atq; iudiciū:qm̄ prō-
ptiores īueniunť ad oē bonū:& ad ꝟtutū ſubito aſſurgunt pfectionē.
Et qm̄ bonū guſtauere dei ꝟbū.Heb.vi.ac ſpūs ſuauitatē. Sap.xii.ni-
hil oīno magnifaciūt/niſi qđ dulce ſpūi ſapit.hiis oīa terrena fetēt cō-
paratione dulcedīs diuīe.ſolliciti ad orōnē recurrūt/q̄ſi ad ſolas anīe
delicias guſtare/q̄ ſuauis ē dñs.p̄s.33.cui creberrime repetūt.q̄ dulcia
faucib⁹ meis eloqa tua ſup mel ori meo.p̄s.cxviii. Magna pfecto eſt
mł'titudo dulcedīs tue quā abſcōdiſti timētib⁹ te.p̄s.30.hoc eſt māna
abſcōditū qđ nēo ſcit niſi q accipit. Apo.2.qm̄ aīalis hō nō pcipit que
ſunt ſpūs dei.1.Coꝝ.2.Nō eſt ali⁹ quiſpiā expeditior pficiēdi mod⁹
q̄ per orōnē:quoniā ſpūs ſancti vnione hic hō inſtruiť. Vnctio ipſa
inquit.Ioh.i.docebit vos. Non autem indiget tempore in docēdo
gratia dei. Quapropter videm⁹ deditos oratiōi ſubito in viros eua-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dere pfectos. vbi pleriꝗ eorū qui philoſophie pſtant operā īmpfectiſ-
ſimi poſt longiſſima ſtudioꝝ tempa reperiuntur. Non eſt autē alius
orationis optime fructꝰ ꝙ virtutū omniū acquiſitio/& caritatis aug-
mentatio. quo fit vt plerūꝗ ab orone veniētes viri optimi eq̄nimita-
tem atꝗ conſtantiam videātur exuperare catonis. Non hos turbat
volatile ꝟbum: non deiicit tribulatio. nō decipit fallax mūdi ſpēs. ſed
fixi cum xp̄o in caritate ppetua perſeuerat. Eorum autē qui deficiūt
facilis eſt coniectura qm̄ nō hilariter ad orationem redeūt nec melio
res efficiūtur puto duobꝰ modis cōtingere defectū. Infidelitate & ſu-
perbia. Sūt enī qui dū poſt longā precū inſtātiā nichil ſe lucratos opi
nantur/deſperātes decidūt a fide. nec eſſe deū ꝙ exaudiat arbitrātur
Que quidē oīm fortiſſima eſt temptatio. nec facile vincit᷑ vbi ratio-
nis videtur fūdamētū habere. vt in hiis qui nichil ſibi ſūt conſcii. & ꝙ
poſſibilia fecere oīa ad obtinēdā diuine bonitatis grām. veluti perfe
ctiſſimi quidā religioſi. Ceteros aūt qui vel voluptatibꝰ aut rerū affe
ctu tempaliū detinētur nō iuſte capit huiuſmodi tēptatio. Sciūt enī
plura ſe habere cur nō exaudiātur impedimēta. vel ſaltim cognoſcūt
non ſufficientē dediſſe oratiōi operam. Itaꝗ ad excuſationē eorū ha-
bent rerū quibꝰ impliciūtur ſollicitudinē. Nam licet deuotiſſima ſit
femina tamē quia viri detinetur amore/ vel quia curā habet domus
humiliabit ſeipſam ſi nō deuotiōis optatā pceperit gratiā. Sic & ſe-
cularis quilibet dū vel cuiuſlibet ſollicitudinis habet īpedimētū. vel
ſaltim nondū ſe oīa dereliquiſſe pter deū ītelligit: non mirabitur ſi
deuotiōis nō hauriat illud abūdantiſſimū munꝰ quo in deū frequēter
abſorbeatur. Perfectꝰ autē religioſꝰ qui & domū & patriā & affines
& ſeipſū penitꝰ nō ignorat dereliquiſſe/qui cōſcius ſibi eſt nichil pter
deū velle nichil voluptatis niſi in xp̄i paſſionibꝰ cōſtituiſſe. nec vltra
quid agere poſſit vt deo placeat habet. qui die noctuꝗ orationibꝰ in-
ſtat/ nullidubiū vehemēter angitur/ & horrēdis īpugnatur tēptatiōi
bus/ſi nichil pcipit ſe fructus ab arbore crucis excerpere. Et eo vehe-
mētior eſt temptatio quo ſola ineſt illi deuotiōis affectio & oratiōis
continua ſpeculatio nec diſtrahitur alia rei cuiuſlibet occupatione: ꝙ
obrē ſepe deuotiores exiſtūt atꝗ firmiores qui ſecularibꝰ aliqualiter
impliciūtur negociis: qm̄ hūiliationis habēt occaſionē: vbi vero ad
religionē ſe conferūt/dū nil apud ſemetipſos excuſationis inueniūt
ſi deuotiōem quā poſtulāt nō accipiūt/ſepiꝰ a fide miſerabiliter diſce
dētes cadūt. Audiui enī qui poſt deuote conſūmatos in religione ſe-
ptem vel octo ānos nichil plus deuotiōis experientie fuerat cōſecutꝰ
dixiſſe penitet me tādiu huic vacaſſe fatuitati. Nūꝗ vidi tam longā
ſine captura piſcationē. qui tandē reiecto religionis habitu ad aliū ſe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cõtulit viuendi modũ nec dubito tales excidiſſe a fide q̃ reiecto religionis ordine ob petulantiã vel honorẽ conuolant ad laxiorẽ viuẽdi modũ. Nec extorres inueniũtur tẽptationis qui ſuaues quandoq xp̃i afflatus accipiũt/qm̃ obrepit haud negligẽda tẽptatio: ne forſitã vis imaginatiõis vehemẽtiſſima motũ illũ dilectionis & cõpaſſiõis in aĩa cauſauerit. nulla gratie intermixta opatione. Sũt enĩ adeo cõformes nature & gratie opationes vt vix ab inuicẽ diſcerni queant. Sed michi videt̃ poſſibilis horũ diſcretio. qm̃ que a natura mere procedũt deſideria: neq̃q̃ ipſã trãſcendũt naturã. quoniã nichil eſt quod ſeipſũ naturaliter vincat aut exupet. Vbi igit̃ adeo ĩflãmari cognoſcim⁹ deſideriũ vt ob diuine obtentũ gratie: nihil illi⁹ cõparatione iã appciet̃ur/quin volẽtiſſime & mũdi & carnis gaudia ſpernere. & quelibet pati mala ſit paratus: proculdubio coniecturari poſſum⁹ gr̃e nõ nature fuiſſe mun⁹/qm̃ non exuparet ſeipſã natura. qd̃ ſibi ꝓpriũ ẽ ab negãdo. niſi quis dicat ſm̃ obiecti preſẽtationẽ ſeu potius imaginationẽ nimirũ creſcere vel oriri deſideria. Imaginãti igit̃ ſupnaturale bonũ/ſuccedere ꝓportionatũ ad illud quoq deſideriũ. Poſſibile eſt enĩ eorũ que nõ ſũt habere imaginatiões. Nã & in ſõniãtib⁹ ĩpoſſibilia ſepe fantaſmata generãtur. Vera igit̃ & ſolida horũ ſolutio in fidei pmanet firmitate. a qua qui excidit errat. Qui aũt ſic in oratione deficiunt apoſtate fiũt: nec eſt quod extra humanũ vereãtur iudiciũ q̃obrem oĩm hominũ peſſimi ſemp euadũt. cui⁹ rei ſpeculatione reor dixiſſe auguſtinũ/ex omnibus hominibus nullos meliores q̃ qui in religione proficiũt. deteriores vero nullos q̃ qui deficiũt. Nam ꝓficientes timor obſeruat diuin⁹. deficiẽtes vero ipſa deſpatio ſoluit. Sũt etiã qui quod petũt orãtes accipiũt. qm̃ iuſte petũt. & in noĩe xp̃i pro ſe/& pſeuerãter petũt. Et hĩ vt ſupra dixi gaudioſas referũt deo laudes. & ceteros ad ſimilia ꝓuocare cõtendũt. Qui vero inexaudibiles ſe pcipiũt maxĩo freq̃ẽter afficiũtur tedio. ſed ignorãt qm̃ vel ĩdigni ſũt vt accipiãt vel inutile atq dãnoſũ eſſe quod petũt. Oratiõis autẽ ille ẽ verus effect⁹ quo mens orãtis efficit̃ deiformis ĩ omnib⁹ xp̃m ſeq̃ẽs qui dixit fiat volũtas tua. nõ mea. Nã qui vere orat nichil preterq̃ viuiri deo deſiderat. Nõ autẽ vniet̃ qui diuerſa vel cõtraria illi⁹ appetit volũtati. Eſt enĩ recta ſẽp diuina volũtas: ad cui⁹ rectitudinẽ veluti ad lineã oportet hoĩs curuã rectificari volũtatẽ. Nõ igit̃ ad noſtrã curuitatẽ flectẽda eſt diuina rectitudo: ſed nr̃a tortuoſitas ad illius rectitudinẽ dirigẽda. Sic enĩ p̃s dicit. pſ. v. Dirige in cõſpectu tuo viã meã. Cũ autẽ recta fuerit pfecte volũtas facile volũtati diuine p oĩa captabit̃: ſicut qd̃cũq curuũ corp⁹ ſiue lapidis ſiue ligni neq̃q̃ alteri recte ꝯiungit̃ niſi vtraq eadẽ linea dirigant̃ vt vbiq ꝯueniãt. Al's vbi paulatĩ diſcrepabũt nõ pfecte ꝯuenient. appebitq riuula diſgre-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gationis indicatiua. Sic niſi ꝑ oĩa mẽs hoĩs deo ꝯueniat: cõnecti pfe-
cte illi neq̃q̃ põt: vbi ꝟo pfectiſſimã hẽbit rectitudinẽ / ſolidiſſima illi
copulatione iũget / q̃uo beatoꝝ aĩe atq; angelici ſpũs cõuexi dicunt
eidẽ. Nr̃a aũt volũtas & ſi rectitudinẽ q̃nq; recipiat integrã: nõ tñ vſ-
q; adeo inflexibilis eſt vt iterũ neq̃at incuruari. nec vſq; adeo inflexi-
biliter incuruat / qui ad rectitudinẽ reduci nõ poſſit. Orem⁹ igit̃ dñm
vt nos ad ſe rectificet & rectificatos firmiſſimo nexu cõiungat. vt in
ipſo & cũ ipõ ſolidi ꝑmanentes nũq̃ a ſua caritate ſeparemur. Amẽ.

¶ Q [?] xpiana pfectio reuiſis oĩbus inuenitur in cruce.




CVm aũt oĩa ꝑtrãſiret loca ſupexcedẽdo: cũctaſq; munitio
nũ oppoſitiões ſupando detinere quoq; nitẽtes eã vincẽdo
xpiana pfectio: nullibi ab ei⁹ amatrice aĩa fideli poterat in
ueniri. veſtigia tñ vbiq; victoriarũ relinq̃bat greſſuũq; ſuo-
rũ: teſtabãturq; oẽs ſciẽ & mũdi dignitates eã violẽto ꝑ eas ĩpetu ꝑ-
tranſiſſe / nulla vi / nulla arte vel ingenio potuiſſe qui oĩa ſupgrederet̃
detineri / ſequẽs igit̃ veſtigia ei⁹ amatrix aĩa. cũ oĩa q̃ ſupra poſuim⁹
peragraſſet loca. Tandẽ in crucis ligno veluti auẽ fenicẽ in ꝓprio ni-

do reperit geſcentẽ.queadmodũ enĩ deducta ab excelſis montib⁹ aq̃ meatib⁹ occultiſſimis in mediũ fori vrbis ꝑ cõſtructas ex marmoreo fonte fiſtulas/multiplices adaperit ſcaturigines. Sic occultata priori bus ſeculis xpiana perfectio.tandẽ infixa quaſi medio in mundo fon tis more crucis arbore/ cũctas aquarũ defluentiũ modo ꝓtulit aptu- ras.Om̃es igiꝰ ſitientes venite ad aquas.Eſa.lv.& haurite aquas in gaudio defontib⁹ ſaluatoris.Eſa.xii. Siquidẽ de plenitudine huius fontis oẽs accipim⁹.Ioh.i.Si quis igiꝰ xpiane pfectionis habitaculũ noſſe deſiderat:nõ ad nature recurrat tentoria libertatis.Illinc enĩ e- greſſa firmiore ſe vallo muniuit.nõ archã noe iam repetat/illinc enĩ ſumptũ mirabiliter:mirabili⁹ fabricauit ſalutis edificiũ.Non ad pa- triarcharũ redeat matrimonia:qm̃ ab illis initiatas iuſtorũ amplia- uit gñationes. Non ad prophetarũ oracula veniat: qm̃ ex illis exur- gens ad lucidiorẽ ſe trãſtulit noticie veritatẽ.Non ad vetuſtã vmbra ticamq̧ moiſi legẽ accedat:qm̃ tenebroſam ex nubib⁹ figurarũ acce- ptam puriſſimo in xpi corpis vaſe/purificãs diſtillauit aquã. Nõ ad põpã gl'ioſiſſimi ſacerdotũ apparat⁹ attẽdat/qm̃ ad ampliorẽ intriſe ce bonitatis gl'iam trãſmigrauit.iã nõ exteri⁹:ſed oĩs gl'ia eius ab in- tus eſt.ps.44.Nõ ad regales eat potẽtiſſimoꝝ exercitus pncipũ.qm̃ extra hũc mundũ aliud ĩcõparabile ſibi pparauit regnũ.Ioh.18.Non ad ↄſulũ propet iudiciũ: qm̃ aliud ſibi ſtatuit q̃ dirigaꝰ auxiliũ. Non ad militarẽ aſpiciat cetũ:qm̃ aliud militie inchoauit exordiũ.Nõ ad aſtrologoꝝ ſpeculationẽ intẽdat:qm̃ ad altioris ſpeculationis inda- ginẽ propauit.Nõ ad philoſophoꝝ ſe ↄferat diſciplinas:qm̃ pfectio- rẽ ſapĩe gradũ aſcẽdit.Nõ ad ſuaues hoĩm propet delicias:qm̃ nõ in- ueniꝰ in terra ſuauiter viuentiũ. Iob.28.In xpi cruce nidũ fouet vbi pullos alit ex ea natos.Ibi nature reparaꝰ infirmitas.Ibi ſaluationis pereũtis mũdi remediũ ſumiꝰ dñ veri noe h' ex ligno ſaluãs aĩas ar- cha fabricaꝰ.Ibi patriarchalis ſemis bñdictio ↄſumaꝰ. Ibi ꝓphetarũ oracula finẽ accipiũt.Ibi lex in grãm ↄmutaꝰ. Ibi cerimoniarũ enig- mata in ꝟitatis grãm cõuertunꝰ.Ibi iudicũ finiꝰ oẽ cõſiliũ. Ibi regia ꝓgenies expleꝰ.Ibi militaris pandiꝰ fortitudo.Ibi recte viuendi po- liticis oĩbus regula demõſtraꝰ.Ibi aſtrologoꝝ deficit ſpeculatio.Ibi philoſophorũ rõ hebetaꝰ.Ibi methaphiſica ens pmũ inuenit.Ibi phi ſica rõnẽ oĩm rerũ offẽdit. Ibi logicarũ deficiũt argumẽta.Ibi muſica lis euaneſcit (xpo loquẽte) ſuauitas.Ibi virtutũ oĩm fons aperiꝰ.Ibi xpiane pfectionis integritas reperiꝰ. Ad hũc igiꝰ fontẽ aq̃ viue ſca- turientẽ oĩs pfectionis doctrinã venim⁹. ps.41. vbi ſine argento vel auro. Eſa.lv.gratis hauriem⁹ aquas de fõtib⁹ ſaluatoris. Eſa.xii.qb⁹ inebriati & ipi nos efficiemur fõtes aquã vomẽtes caritatis vſq̧ ĩ vi tã eternã.Quid ariſtotelẽ aut ſocratẽ/vel platonẽ aditis o xpiani ſco

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lares:vt morū hauriatꝛ eruditionē. Ad hunc properate magiſtrum: qui breui vos omni adimplebit ꝟtutum doctrina. Eccli.vl.& tunc di ſcetis quoniā ſuper oēm philoſophiā euolat perfectio chriſtiana.

¶ Qꝛ xp̄iana perfectio cōſiſtit in virtutū exercitio.

IN perfectiſſimis virtutū exercitiis tam intrinſecis q̄ extri ſecis xp̄iana conſiſtit perfectio. Non aūt in ipſarū ſcientia virtutū.2.ethi.trac.1.c.2.que ſi nihil ad effectū perducat in utilis oīno eſt.queādmodū Hieremias ait. Hiere.xlix.Inu tilis facta eſt ſapīa eorū. Nā & dormientē nichil ꝓhibet hr̄e ſcientiā. licet nihil opationis hēat eiꝰ:cui haud iniuria cōparatꝛ bona ſciēs & nihil exercēs. Vn̄ & philoſo.1.ethi.cōſiſtere beatitudinē in opatiōe per virtutē pfectam aīe dicit. Oportet nihilominꝰ primū ipſas intel-ligere virtutes. Quarūquidē lectionē non aliūde q̄ ex libro ſanctiſſi-me crucis exhauriendā puto. Ibi enī theologicas oriri/ceteras vero/ q̄ cardinales ſeu morales dicunt perfici cōſideramꝰ. Videre enī mi-hi videor fidē iacere fundamentū. Spem erigere edificiū. Caritatē ꝟo ſupimponere tectū. Iuſticiā renes crucifixi accingere. Fortitudi-nē dexterā illiꝰ obtinere. Prudentiā labia illiꝰ colorare. Tēperantiā pedes eiꝰ ordinare. Hūilitatē deꝑmere caput. Liberalitatē pectꝰ illiꝰ apire. Caſtitatē ſeu ꝟginitatē corpꝰ eiꝰ velare. Patientiā oculos mor tificare. Abſtinētiā fel ori apponere. Pauptatē corpꝰ denudare? Be-niuolentiā orōnē ꝓ inimicis effūdere. Obediētiā clauos infigere. De uotionē ꝟo aīam pr̄i ꝯmēdare. Cōpaſſionē mortuū ſepelire. Perſe-uerantiā ꝟo lapidē ſepulchro īponere. A deo vt nulla ex parte cruci-fixū intueri q̄s valeat vbi virtutū ꝯglobatarū cumulū nō attēdat. q̄ob rē dn̄m ꝟtutū dauid.pſ.23.merito noīauit eū. Sed nō attēdūt interio rē illiꝰ gl̄iam q̄ tm̄mō exteriorē ꝯſiderāt eiꝰ formā. Ad extra ſiquidē ſpēm nullā habet neqꝫ decorē. Eſa.53.quinimo leproſus atqꝫ deſpectꝰ ſine honore iudicatꝛ. maieſtatis aūt vultꝰ abſcōditꝰ ignotū illū hoībꝰ reddit. Aſcēdet inq̄t Eſaias ſicut radix de terra ſitiēti cui nō eſt ſpēs: neqꝫ decor/& q̄ſi abſcōditꝰ vultꝰ eiꝰ. Vn̄ nec reputamꝰ eū niſi virū do lorū & ſcientē infirmitatē. Sed ꝟe inq̄t alibi Eſa.xlv.tu es deꝰ abſcō-ditus deꝰ iſrael ſaluator. Quō aūt ſaluaret niſi ꝟtute plenꝰ eſſet? er-go accīgere gladio tuo ſup femur tuū potētiſſime.pſ.44. Iam ſpēm & pulchritudinē on̄de tuā:& ſic ꝓcede:& regna.& videbimꝰ aſtantē a dextris tuis reginā in veſtitu deaurato circūdatā virtutū varietate Sȝ nūq̄d abs te nudo dn̄e accipiemꝰ vn̄ nuditatē nr̄am opiamꝰ? quis vnq̄ ſua nuditate:nudos induere viſus ē? An nō nudꝰ ī cruce pēdes? Et nōne nudos ꝟtutibꝰ & gr̄a repiſti hoīes? Sic enī dicꝛ nos īueniſſe nudos & ꝯfuſione plenos. Eze.16.nec īduemur niſi p te nudū. Cupio dn̄e a te veſtiri non ea qua pleroſqꝫ ingratiſſimos gl̄ia & diuitiis in-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

duiſti: tuis enī veſtibus induti ſūt qb⁹ gloriā adipiſcūt̃. te autē nudatum in cruce deſerunt / quia qui foris vident te fugiūt nec ſequūtur te. ps. xxx. Ego vero gratia tua & virtutib⁹ a te veſtiri deſidero / & nudus cūctis tēporalibus bonis te nudū in cruce vſq ad mortē cōſiderare volo. Et vtinā ſic te aſpiciā vt nichil abſq te in perpetuū videā. Cōtrariū tuo mūdus aſpectū habet qui ad extra pulcritudine videt̃ nimia ſplendeſcere: ab intra vero putrida geſtat. Sed ecce dn̄e qm̄ exteriora tantūmodo conſiderare pleriq homines ſolent / & tuū ad extra horridū refugiūt. & mūdi placidū / licet fallacem cōcupiſcunt vultum. Sed vultū tuū dn̄e / non mūdi requirā. ps xxvi. Sed et vultū tuū deprecabūtur omnes diuites plebis. ps. xliiii. Non diuites illi quorū difficilior eſt ad vitam eternam ingreſſus q̄ cameli p foramen acus. Non diuites illi quib⁹ per prophetā cōminaris dicens. Amos. vi. ve vobis qui opulenti eſtis. optimates capita populorū qui igredimini pōpatice domū dei / qui comeditis agnū de grege & bibitis vinū de phialis. & optimo vnguēdo delibuti / canentes ad vocem pſalterii. & nichil compaſſionis in pauperem demonſtratis. Non hi diuites quibus ore tuo dixiſti. Ve vobis diuitibus qui nunc ridetis: quia flebitis. Non hii diuites qui ob acquirendas diuicias incidunt in laqueos diaboli. i. thi. vi. & qui terrena celeſtib⁹ anteponūt. xlvii. di. om̄s qui coniūgunt domū domui & agrū agro. Eſa. v. nec ſatiātur oculi eorū diuitiis. Eccl̄es. 4. licet non ſit finis poſſeſſioni eorū. Bar. iii. qui edificant domos in ſanguinibus. Abac. 2. & laqueariis depingūt auratis. Ihere. xxii. cedrorū libani altitudinē coequantes. Sunt ꝓfecto alii diuites plebis tue celeſtis angeli ſancti tui qui vultū tuū indeficienti deſiderant affectu proſpicere. i. pe. i. Sūt & alii diuites in terra. ps. 33. non opibus marceſſibilib⁹ ſed gratia tua quos tu ditaſti Ita vt egentib⁹ & eſuriētibus opulentis illis aliis diuitibus. Hiis diuitib⁹ tuis te inquirētibus nullū deſit bonū. qm̄ horū eſuriētiū animā tu bonis ſatiaſti meliorib⁹. ps. cvi. Cum hiis diuitib⁹ fac me dignū dn̄e vultum tuū inquirere ſecretū / vultū abſconditū & ſolis iuſtis apertū. Hanc faciem gratiarꝝ plenam dn̄e concupiſco / quare faciem tuam abſcondis & arbitraris me inimicū tuū. Iob. xiii. Non enī digni ſūt hoſtes tui dn̄e decorā videre illā faciē tuam. Can. 2. Tollantur ergo de medio ne videāt gloriam tuā. Eſa. xx. & ne me impediāt videre glorioſam faciem tuā. An forſitam dn̄e mecū hic impii latent aliqui? nū forſitam penes me / imo intra me impiorū latet abſcondita turma? Si ſint tu ſcis dn̄e. ſed nō michi conſcius eorū ſum. Sed timeo ne forte neſciam / qm̄ & cani effuſi ſūt in me / & neſciui. ꝑeque enī iniquitatem meā ſicut & iuſticiam meā ignoro. Sed ſi iuſtus fuero hoc ipſū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ignorabit anima mea . Iob. 9. facilius tamē iniquitatē meā ego co-
gnoſco qm̄ peccatū meū contra me eſt ſemper. pſ. l. Subtilius autem
atq̧ dulcius & imperceptibili⁹ ingreditur hominē iuſtificans gracia
tua Ita vt vix eam pcipiat homo. peccatū vero rudiore quodā ſe im-
petu ingerit inquietans oīa hominis interiora & quelibet ordina-
ta cōfundēs. Q̄obrem impoſſibile quodāmodo videtur non ſentire
barbarum in domo proprie mentis tumultuantem / & hoſtilia inibi
crudeliſſime cōmittentē. Stuprat enī ꝟginem animā: dominā q̄ ipſā
volūtatem ſupponit / rectricem volūtatis rationē in carcerem mittit.
meretricem vero ſēſualitatē in regio collocat habitaculo. Cūcta me-
ritorū magno parta labore diripit vaſa. & ex horreo ꝟtutū bona diſ-
ſipat omnia. Ex penore deuotiōis vinū omne dulcedinis diuine ſeu
intrinſece delectatiōis effundit. Iocalia etiam honoris & fame viliſſi
mo diſtrahit precio. Fideles autē dom⁹ cohabitatores videlicet me-
ditatiōes ſanctitatis & ſanctoꝝ ſtudia librorū atq̧ patrum exempla
foras emittit. q̄rū loco ſcorta voluptatū & lenones deliciarū īponit.
Iracundie ſepius exaudiūtur arma. continuuſq̧ clamor ſuperbie do-
mum adimplet. comeſſationibus continuis gula laborat. & impudi
citiis omnibus luxuria debaccatur / quietem non preſtat vllam aſſi-
dua mentis ebrietas. Finaliter doloribus & laboribus domus plena
ſentitur. Quomodo igitur ignorabo domine Si quomodo mentem
meam impii poſſideant? profecto ſi tam ſit domus mea turbata nō
ignorabo. ſed poteſt fieri q̧ latrūculus inanis glorie aut proprie volū
tatis ſeu alterius cuiuſuis deſiderii fuerit clam ingreſſus. Oſee. vii. &
alicubi deliteat occultatus. Si hec vides domine qui ſoles intueri
in abſcunditas partes. Eccleſiaſtici. xxii. Interfice in matutino lucis
tue vniuerſos peccatores terre / & eiice de domo tua omnes operan-
tes iniquitatem pſ. 100. vt liberum michi pandas deſiderabilem
vultum tuum. Oſtende igitur iam michi faciem tuam. Cāticoꝝ. 2.
vt intuear faciē chriſti dei. pſ. lxxxiii. ad illuminationem hauriendā
obſcuri intellectus mei. vt ſicut moiſes ex luce faciei tue quam con-
templatus eſt & gloriam qua ipſe fulgeret. & doctrinam tue legis
qua ceteros erudiret / feliciter hauſit. Sic & ego merear contem-
platione ſplendentis glorie vultus tui eam intellectus accipere cla-
ritatem qua te profundius ſemper agnoſcam. & que tibi grata ſunt
cunctis audientibus pandam. Virtutum tibi placitarum perfectio-
nem intelligam / & earum operatione ipſe ego tibi placitus fiam.
Ardentiſſimo quoq̧ calore tue caritatis radiorum ita me inflam-
mes vt in ipſum ignem / qui tu es ne totum traiicias. & flammanter
in ceteros verba mittendi gratia preſtes.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Qꝫ chriſtiane perfectionis fundamentum eſt fides.




CHriſtiane perfectionis vnicum & immutabile fũdamẽtũ eſt fides non om̄is/ neqꝫ quolibet modo dicta. ſed que pro ſui obiecto deum habet. Diuerſa etenim eſſe fidei obiecta pn̄t. ſicut & diuerſi ſunt credẽtes/ & diuerſi credẽtiũ modi. Et fortaſſe non erit impertinens primũ fidei explicare diffinitionẽ. Eſt autem (ſm aplm̄. Heb.xi. quem om̄es imitãtur theologi) fides ſupandarũ ſubſtantia rerum argumentũ non apparentiũ. Breuius autem dicitur a magiſtro virtus qua credũtur que non videntur/ & que ad religionem pertinent xp̄ianam. & hec chriſti fides eſt fundamentum qđ mutari nõ poteſt ſm apoſtolũ.i.coꝝ.iii. Quod quidem fidei fundamentũ caritatis glutino compoſitum eſſe oportet. qm̄ inanis eſt ſine caritate fides. Eſt itaqꝫ vera & perfecta fides que per dilectionem operatur ſm apoſtolũ.i.coꝝ.xiii. Si autẽ fidem quis tantam habeat vt montes transferre poſſit niſi caritatem ſimul habeat inutilem dicit eſſe. Nam & demones credũt & contremiſcũt. Iac.ii.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Caritatis quoqꝫ operibꝰ cōplutos huius fundamenti lapides neceſſe
eſt. quoniam fides ſine operibꝰ mortua dicitur. Et hec quidem opera
ex fornace caritatis veluti lateres huius fundamēti decoctos / exhau
rit. Duobus igitur informatur fides. Caritate videlicet & operibus
caritatis. Licet vera caritas vtrūqꝫ ſignificet. Nūq̄ enī inanis eſſe ca-
ritas poteſt qm̄ cogit ad poſſibiles actus ſe habentem. Nichil igitur
operationibꝰ vtendo ad caritatem adiicimus. Sunt pleriqꝫ perfecta
imbuti caritate / operibus vacui. qm̄ ad ea impoſſibilitati habentur
Supplent autem affectu: quod nequeunt actu. Non eſt autem eque
hominibus nota horū / qui nichil ſicut eorū qui aliquid ad extra ope-
rantur / dilectio. Signa quidem dilectionis opera ſunt. que ſi quis ne-
queat demonſtrare / non ideo minus caritatis habet. In corde ſiquidē
radicem habet caritas: non in hiis que ab extra fiunt. Nam & ficta
demonſtrare caritatis homo poteſt ſigna vt ſepe ficti ſolent facere
amici: vbicunqꝫ autē vtraqꝫ conueniunt apparentior eſt caritas. & fru
ctuoſior caritatis vtilitas: qm̄ ſi in deū tendat exterior caritatis exhi-
bitio. prouocabit ad ſimilia ceteros. quibus actualiter manifeſtam fa
ciet dei gloriam. Si vero in proximi cōmodū conuertatur vtilis ſuo
percipietur officio. queadmodū nulla obductus nube ſol vtiles terre
ſuos accōmodat radios. obductus vero / & ſi ſuo in orbe reſplendeat
nullam tamen terre vtilitatem preſtat. Sic habens caritatem bono-
rum operum elicitione prepeditam / tā & ſi intra ſe optimus habea-
tur / proximo nichilominus inutilis reputatur. erit nichilominꝰ in eo
formata caritate fides. Informis vero dicitur fides premiſſorū carē
tia. ſ. caritate atqꝫ operibus. Erit igiẜ duplex fides / formata ſcilicet &
informis Informi quidē & deum & deo credere homines poſſunt. ſi
quidem deum credere eſſe etiam peſſimi poſſūt. qm̄ eo modo etiam
demones nequiſſimi credunt. Iac. ii. Qui aūt non credit deum eſſe
nec ſeipſū quoqꝫ credit. qm̄ deſperabit immortalem ſe animā īduiſſe
& inſipientiſſimꝰ ē dicente. ps. xiii. dixit inſipiens in corde ſuo nō eſt
deus. Probamus autem ī ſuperioribꝰ deū eſſe. ¶ Sed neq̄q̄ hec fides
ad perfectionē ſufficit chriſtianam. paulo amplius ſe informis extē-
dit fides vt non modo deū eſſe ſed deo etiam credat. mandata illius
fidelia & vera credens facta in veritate & equitate. ps. cx. Ipſū quoqꝫ
ſūme bonum iuſtum / omnipotentem & omni ſcientem. & quecūqꝫ
dici de deo poſſūt. & ab eo facta omnia vera. Poſtremo quecūqꝫ chri-
ſtiana cōprehendit fides hec enī non omnes credunt / qui deū credūt
Plures enim ſunt qui deum q̄ qui deo credant. Sed nichil prohibet
malos eſſe qui deo credant. Non ſatis eſt igitur ad chriſtiane perfe-
ctionis integritatem & deum & deo credere. Sed alius accedit vide-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

licet in deū credere.qđ importat credendo amare in eūq; affectu ten=
dere.nihil contra illius voluntatem concupiſcere.nichil contra illius
mandata patrare.deum ſuper oīa carius appreciari. Et hec eſt for
mata fides que ad ꝑfectionē exigiť xpianā. ¶ Eſt aūt ſupra opinio
nem: & infra ſciam conſtituta fidei virtus.Nam quorū habemꝰ ſciē
tiam & demonſtrationē nulla eſſe fides pōt:qm̄ dicitur eſſe eorū que
ſperanť hipoſtaſis & rerū que nō videnť redargutio.Impoſſibile eſt
igitur & fidē ſimul & ſcientiā de eodē habere.Si arguis thomā vidiſ
ſe & credidiſſe.Intellige vidiſſe hoīem & credidiſſe deum. Neq; enī
deum ſed hoīem vidit. in quo etiam deū eſſe ſuppoſitaliter credidit.
Nihil igitur ad fidei conferūt firmitatē argumenta rōneſq;.ſed nō pe
nitus etiam inanes ſunt:qm̄ ad confutationē eorum proſunt/ qui ſa=
nam nituntur impugnare doctrinā. q̄obrē hortatur aplus potentē fie
ri epiſcopum illius quā predicat fidei rōnem reddere. Supra opinio=
nem vero eſt fides.quoniā non compatitur ſecum falſitatis formidi=
nem.Eſt enī fides certitudo quedā de rebus abſentibꝰ ſupra opinio=
nem & infra ſcientiam cōſtituta.Et hanc exigit chriſtiana perfectio
firmam ſine dubietate: qm̄ dubius in fide infidelis cenſetur.extra de
here.Secundo ſimplicē qm̄ deum querere in cordis oportet ſimplici=
tate/ & hiis apparet qui fidē habent in illū. Non autem fidē habent
ſimplicē qui oīm rerum querunt rōnem. Oportet enī captiuare intel
lectum in obſequiū xpi. nec plus ſapere q̄ oportet. Ro.12. qm̄ in fide
ſunt oīa opa dei.ps.32. An ꝟo formidinis quedā titillatio/ſeu oīs
ea minor fidei ſoliditas q̄ ex ſcientia habeať.infidelē reddat hoīem:
haud ſane iudicať. Neq; enī eam animi quietationē credita gn̄ant/
vt nota per ſcientiā. Impoſſibile eſt enī qđ ſcitur eſſe dubitabile:qđ=
cūq; autē crediť:tametſi firmiſſime creditur:dubitari nihilominꝰ po
teſt:quo arguimus nō eſſe eam fidei quā ſciētie certitudinē & ꝑ con=
ſequens oēm illam fidei minorē q̄ ſcientie firmitatē nō reddere infi=
delem hoīem. Ea igitur ſola dubietas infidelitatis habet vitiū qua
plenus fidei aſſenſus impeditur. vbi vero intellectus pleno volunta=
tis imperio captiuať in chriſti obſequium/ & ſi totaliter extincta nō
ſentiatur illa partis intellectiue titillatio:qua naturali quodam lumi
ne rationes in oppoſitū ſpeculatur.quibus apertā planāq; fidei viam
impedientibꝰ veluti ſpinoſum petroſūve quippiam medio in itine=
re offenſum.Neq̄q̄ ea decurrat libertate qua cupit & vult. Non ideo
captus ab infidelitatis cenſeť impietate/qui licet plurimo cum labo
re offendicula quelibet exuperans. & ſiccarios viam obſidentes eua=
dens/ad optatū peruenit locū. Nam licet velatū penitus quis velit
ob fidei pietatem/habere intellectū ne quicq̄ rebus creditis cōtrariū



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vel oppoſitum valeat ſpeculari. ſed ſimpliciter auctoritati ſcriptura-
rum initi. Nunq̄ tñ eodē modo velum poterit oculo ſupponi vt nō-
nunq̄ ad lucē naturalis aſpiciat indagationis: qm̄ nō poteſt om̄ino ſe-
ipſum quodcūq; ineſt homini naturaliter/& preſertim intellectꝰ eui-
cere. vt nihil naturaliter operet̃/ſed ſufficit rōnibus preponere (volū-
tatis impio) auctoritatem. ac ſi princeps auditis contraria ſue volun
tati perſuadētibus cōſiliariis: nihil ad eorū attendens cōſilia dicat &
ego ſic volo. Non habent autē ea fidei impedimenta idiote quidā &
ſimplices hoīes. quemadmodū peritiores & excellētiore prediti ſciē
tia vel ingenio. qm̄ hii quodcūq; ab naturali exorbitat rōne ſubito de
prehendūt. Simplices vero quecūq; illis ab eccl̄ia ꝓponunt̃ tota mē-
tis accipiunt virtute. Neq; enī ſufficiūt qđ propoſitis contrariare va-
leat ꝯſiderare/qm̄ non rapitur in alia ſimplex eorū intellectus. Hinc
fortaſſis calūniandi quiſpiā ſumpſerit occaſionē/quod & ſepius audi
ui & ab hiis qui maioribus fidei xp̄iane honoribus ſunt munerati.
O inquiūt videte qm̄ nōniſi quidam ſimpliciores primū fidem acce-
pere xp̄ianam. Elegit enī ſibi xp̄us idiotas. eo ꝙ ſciret peritos nō fa-
cile ſuis verbis aſſenſuros: & in eam audiui quendā prorūpere infide
litatis inſaniā. vt diceret tribus viris vniuerſum fuiſſe mundū ſedu-
ctum. moiſe ſcilicet xp̄o & machometo. Cui poſt longam rome con-
certationē ſubintuli/quare tu opulētiſſima xp̄i noīe poſſides bn̄ficia:
ſi xp̄m nō credis eſſe deū? An nō proditione venis arguēdus q mili-
tum xp̄i ſtipēdia hoſtis aufers. vt quid te xp̄i militem īmo & ducē ſi
mulas/quē odiſti? Si xp̄m impugnas/cur nō donatiuū illiꝰ quoq; re-
cuſas? Accipio inq̄t huius mūdi bona ſub xp̄i noīe/qm̄ ad ea obtinē-
da facilior iſte mihi eſt modꝰ. O perfidiſſima hoīm ꝓgenies cur ī bn̄-
ficum mala rependis? Vtinā ille ſolus eſſet: vereor ꝑfecto ne pluri-
mos hēat ſocios: qđ facili operū probat̃ argumēto. qui enī ꝯtinuis na
uare operā vident̃ maleficiis: & pinguiſſimis referti ſunt bn̄ficiis in
eccleſia xp̄i: nulli dubiū hoſtes acerrimi ſunt fidei qua ditant̃. Vſque
quo obdormis dn̄e. Aperi oculos tuos & vide. p̄s. 43. qm̄ ingreſſus ē
inimicus & poſſidet ſanctuariū tuū. Treñ. i. qđ hereditario ſibi vēdi-
cat iure. Deus virtutū veni & viſita vineā tuam quā plātauit dexte-
ra tua. p̄s. 82. qm̄ vindemiant eam oēs qui p̄tergrediunt̃ viā manda
torum tuorū: & aper de ſilua. i. mūdi amator/depaſcit eā. p̄s. 79. Nū
te dn̄e accuſas dicens. vineam meā non cuſtodiui? Can. 1. Mirantur
(dn̄e) ſerui tui/cū ſis iuſtus. Iob. 21. ꝙ ſubleuari patiaris īpios. nō q-
dem in ſecularibꝰ regnis: ſed in regno tuo: in eccl̄ia ſancta tua. Si enī
eccleſia tua & regnū ſanctum tuū ſine delectu quoq; manibꝰ tradit̃
impiorū. pereque vt terra iniq̄tate plena. Iob. 9. q̄s queſo locꝰ poterit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſſe tut⁹. C. de epi. l. ſi queq̄. aut quo remedio cetera mūdi regna pote
runt ordinari? Deordinata enī ſunt oīa. Non aūt decet vt regnū tuū
pariter deordinet̄. Eſt enī regnū oīm ſeculorū regnū tuū. p̄s. 144. qd
nō decet per iniquos regi atq₃ corrūpi. Dan̄. 7. Si cū eſſes ī terris dn̄e
non es paſſus domū tuam fieri ſpeluncā latronū. Quō nūc in celis re
gnans tā longo tēporis hec pateris ſpacio? An ablata eſt a te hoīm
cura? non: qa tibi ſemꝑ eſt cura de oībus. Sap. 6. & preſertim eccleſie
tue curā te gerere credim⁹ ſpecialē/ eo ꝙ dixeris nobiſcū vſq₃ ad con-
ſummationē ſeculi te futurū. An fortaſſis abbreuiata eſt man⁹ tua.
Eſa. lix. vt ſumere de hoſtibus tuis neq̄as vltionē? Naū. i. Vt qd er-
go auertis manū tuā & dexterā tuā de medio ſinus eccl'ie tue. p̄s. 73.
Si dixerit mihi quiſpiā hoc te ꝑmittere ꝑpter pc̄tā populi. Iob. 34. 8.
q. 1. audacter. Non mihi videt̄ equū: qm̄ non vis mortem pc̄tōꝝ: ſed
vt ad te cōuertant̄. Eze. xviii. Sed quō ad te impii cōuertent̄. p̄s. 50.
ſi oēm precluſeris conuerſionis viā? Si enī qui lux eſſe debent. Mat.
vi. ad ceteros conuertendos: tenebre ſint: ipſe tenebre quales erunt?
Hec tua verba ſunt dn̄e. vis ergo dn̄e vt ſit ſacerdos ſicut popl'us. Ec-
cl'es. ix. vt ceco duce cecus populus ductus in foueam pariter cadant.
Matth. xv. Nōne vides dn̄e qm̄ qui neq̄ ſunt exemplo malorū prela
torum fiūt nequiores? Extra. de ſen. excō. & qui boni ſunt & ſeruiunt
tibi quandoq₃ in deſperationem prolabuntur: videntes quoniam nō
eſt tibi cure quis res tuas adminiſtret? Ergo beatos dicent arrogan-
tes. Malach. iii. & vano conſumi labore miniſtros tuos: & inutilem
eſſe penitentie auſteritatem. nichilq₃ intereſſe homini niſi vt come-
dat & bibat/ & ducat in bonis dies ſuos. Eccleſiaſtes. 2. fruendo hiis
que ſunt Iob. 21. & per omne pratum ducēs luxuriam ſuam? Sap. 2.
Si igitur bonos & malos hoc vides laqueo in interitum duci. Hiere.
12. Ad quid hec vltra permittis? iuſtus es dn̄e/ ſed indulge queſo ꝗ
tecū audeā de iuſticia diſceptare. Nō accuſo ꝓuidentiā tuā qua cūcta
gubernas ab eterno. Sapi. 14. Aut iuſticiā tuā q̄ iuſte oīa diſponis.
Sap. xii. Sed admiror bonitatē tuā qua ꝑmitt' mala ī terris excreſce
re. Scio dn̄e qm̄ iudicia tua abyſſus multa. p̄s. 35. O alta profunditas.
Eccl'es. vii. Quis adiuenīet eā? mirabilis mihi facta eſt ſcia tua exal
tata eſt: & nō potero ad eā p̄s. cxxxviii. Vellē nihilomin⁹ intelligere
quō om̄ia iudicia tua equitas. p̄s. cxviii. Sed infirmitatis hūane op-
primit me nimia grauitas. Tibi domine om̄ia committo/ qui ſolus
noſti quare om̄ia fiant: nolo vltra inueſtigare. ne me contingat erra-
re. volo autem credere: quia tu es deus. Et ſi deus vere es iuſtus: vere
bonus: vere pius: om̄ipotens: & omniſciens. Si talis ergo es. nihil ꝑ-
fecto ſine cauſa permittis in terra fieri. Iob. 5. ſecretū tuum tibi. Eſa.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

xxiiii. quod manet alto pectore clauſum. Sed nunquid ad cor iſtud al
tum accedet homo / & exaltabitur deus. ps. 62. Exaltaris enim tanto
magis q̄to magis ad te altius aſcendere volo: qm̄ quo te ſubtilius in
dagare ſatago / eo remotiorē te a meo intellectu cognoſco. Nō ergo
erigam oculos meos ad opes ſapientie atq̃ iudicioꝝ tuorum qm̄ fa
ctis indies ſubtilioribus pennis ad ignotum mihi euolant celū. Et in
hoc celo mihi & cūctis hoībus ignoto preparaſti ſedem tuā. ps. 102.
vbi cū acceperis tempus iuſticias iudicabis. ps. 74. Iudicabis equi
dem orbē terre in equitate & populos in veritate tua. ps. 95. & tūc co
gnoſceris iudicia faciēs: qn̄ in operibus manuū ſuarum cōprehende
tur pctōr. ps. ix. Illud ego dn̄e iudiciū credo futurum qn̄ in ꝯſpectu gē
tium reuelabis iuſticiā tuam. ps. xcv. Sunt tn̄ plurimi deſperantes:
qm̄ nimium tardas & oīa ſic perſeuerant ab initio. 2. Pe. vl. nec inue
nitur manus tua ſup inimicos tuos. ps. xx. & dicūt nihil eſſe nouū ſu
per terram. Eccles. 1. Iam enī preceſſerūt q̄ nunc fiūt in ſeculis q̄ fue
runt ante nos. Sed ego expectabo nomē tuū dn̄e qm̄ bonū eſt in con
ſpectu ſanctoꝝ tuorū. ps. 51. Per hoc igiť ſcio me habere fidem quā
in me video: neq̃ enim hec crederē niſi fidem haberē. Sed an ſit tibi
hec grata fides mea / neſcio quia vtrū habeam illi cōnexam a te infu
ſam caritatē ignoro. Neſcit enī homo an odio vel amore ſit dignus.
Eccles. ix. Ignoro igitur quia nō habeo euidētie certitudinē: credo tn̄
ꝓpter fidei ſinceritatē qua credo te diligere: qui te diligūt. ꝓuer. viii.
Scio enī dn̄e quia diligo te: qm̄ paratus ſum mori ꝑ te. nec eſt aliud
michi gratum abs te. Sed an a te ſit hec caritas: an vero ab naturali
ꝟtute penitꝰ ignoro. Singulariter tn̄ in ſpe cōſtituiſti me. ps. 4. Ad
iuuat me ad hāc ſpem: ꝙ ſentio me tuis inflāmari deſideriis: ꝙ tibi fi
delius ſeruire deſidero: ꝙ promptiꝰ tibi deinceps obedire volo: ꝙ tibi
deuotius canere laudes exopto: ꝙ tibi ꝓpinquiꝰ adherere ꝯcupiſco:
ꝙ me totū pro tui noīs honore ad quelibet exhibere delibero. hiis cō
iecturis viuificatꝰ aſpiro: aliter aūt nihil certitudinaliter hēo / niſi q a
hac fide viuiſco: & ad iuſticiā (qua iuſtꝰ ex fide viuit. Abac. i.) me to
tū extēdo. Da mihi ergo dn̄e fidē q̄ donū eſt tuū. Ephe. 2. nō hūanū.
Eſt enī ab hoīe fides acq̄ſita qm̄ credere auditui poſſū. Ro. xi. Sed qđ
oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs aſcēdit. Eſa. 64. qs
niſi tuo dono credere pōt? Da ergo mihi dn̄e fidem & auge atq̃ adiu
ua eam: da eā mihi ſimplicē / ſolidā / integrā / atq̃ viuacem / & opero
ſam: vt per eā venire mereamur ad vitam gl̄ioſam. ¶ Ad perfectio
nem fidei xp̄iane oportet obiectū eius eſſe deū. Sūt enī alia fidei ob
iecta. Credimꝰ enī plura q̄ dei nō ſūt. Nā credimꝰ illos genuiſſe nos:
quorū certitudinē hēmus nullā: niſi ꝑ fidē & preſerti pr̄is / matris eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

certa partus conſciẽtia.ſed non patris vt iura dicunt. Credimus eſſe prouincias & vrbes quas nunq̃ vidimus. Credimus & plures eſſe ſãctos & bonos q̃s non oĩo cognoſcimus. Credim⁹ etiam leuiter plura que crediđiſſe nocet: qui cito credit leuis eſt corde. Eccli.12. Non igitur ad chriſtiane fidei perfectionẽ pertinet eorũ qui adulationib⁹ adhibent fidem credulitas: qm̃ ſepe laudatur pctõr in deſideriis aĩe ſue.& iniquus benedicitur.ps.9. Non ea que in hoibus conſtituta eſt fides.qm̃ maledicitur homo qui cõfidit in hoĩe. Hiere.17. Hoc intellige principaliter & ad conſequendã beatitudinem. Al̃as enĩ etiam fides in hominibus haberi poteſt/& neceſſaria eſt. Sed ſemp melius eſt cõfidere in dño q̃ in homine.ps.cxvii. Perſepe enĩ falſa eſt hoĩm fides. Periit (inqt Hieremias. Hiere.v.) fides & ablata eſt de ore eorum. Et alibi dicit Hiere.ix. Om̃is homo in altero nõ habeat fiduciã qm̃ amicus amicũ ſupplantabit: & fratrũ quoq gratia rara eſt. Nolite ergo confidere preſertim in p̃ncipibus & filiis hoĩm in quibus nõ eſt ſalus.ps.cxlv. Benedictus autem vir qui confidit in dño. Hiere. xvii.qm̃ qui confidunt in dño ſicut mons ſyon non cõmouebitur ineternum.ps.cxxiiii. Non ad xpianam pertinet fidem ea que a mercatoribus inuicem datur & ſepe frangitur. Eccli.xxix. Non ea qua femine ab amatoribus decipiuntur. Non ea quã ſibi quoq inuicẽ amatores obſeruant. Obiectum autẽ fidei chriſtiane deus eſt. Non enim poteſt fidei ſubeſſe falſum: quoniam verã eſſe credimus auctoritatẽ cui innitimur: circulariter enĩ credimus fide veram eſſe auctoritatẽ & fidem auctoritate probamus. Non enĩ aliunde ſcio prophetas dixiſſe vera: niſi quia ſic credere volo: nec aliunde fidem exhaurio: niſi quia prophetarũ vaticinia lego. vnde mihi ſit credere ſcio/quia ſcripturarum vocibus inſtruor. Vnde vero mihi velle ſcripturis credere inſit nõniſi ex dono dei ſuſcipio. Sunt nihilominus plures huius fidei perſuaſiones/quas ſcotus in prologo ponit que ſunt octo. videlicet Pronũciatio prophetica. Scripturarũ concordia. Auctoritas ſcribentium. Diligẽtia recipientiũ. Rationabilitas contentorũ. Irrationabilitas ſingulorũ errorum. Eccleſie ſtabilitas. Miraculorum claritas. Nono loco adducit teſtimonia Ioſephi & ſibile: & ſic poteſt dici nonum/teſtimoniũ alienigenarũ. Decimo ponit conſtantiã martyrum. Et qm̃ hec omnia ad longum optime per eum deſcribunt̃: ceſſabo meam cartam alienis inuẽtionibus adimplere.

¶ Si queratur an in parte aĩe intellectiua ſeu affectiua habeat̃ fides Reſpondetur fidẽ formatam in vtraq conſiſtere. In intellectu p̃mũ conſiſtit quo ſpeculatur deũ. In affectu vero inq̃tum per dilectionem tendit in eum. Sed & informẽ fidem in vtroq pariter cõſiſtere nõ eſt

ambiguum: qm̄ intellectum quidē eleuat atq̨ illumīat ad obiecti noticiam ſpeculatiuā. Voluntatis autē imperio vtit̄ ad creditorum aſſenſum. Neq̨ enī niſi voluntatis imperio cogente/intellectus illi prime aſſentiret veritati. Eſt igitur practica fidei noticia natura quidē prior in intellectu. Si arguitur non eſſe neceſſariā homini fidē. eo ꝙ non ſit naturaliter homini poſſibilis. Reſpondeo impoſſibilē homini quidem eſſe fidem ex ſe ſimpliciter: ſed ineſt homini ꝟtualis aptitudo ad eam ſuper naturali dono. ſicut non eſt homī poſſibilis beatitudo ſimpliciter ex ſe. eſt nichilomin⁹ aptus natus beatificari a deo. Si arguitur nichil ſupernaturale eſſe homini neceſſariū. 3. de aīa. eo ꝙ non deficiat in neceſſariis natura. dicendū naturam nō deficere in hiis que naturaliter homo conſequi poteſt: non autem ſufficit ad cōplēdum eam (q̄ homini ineſt aptitudinē) ad gloriam ſupnaturalem. Ineſt autem homini aptitudo quedam ad ſupernaturale bonū quod naturaliter adipiſci non poteſt. Si arguatur ꝙ q̄ vniuerſis ſint neceſſaria illa debere non miraculoſa: ſed naturalia eſſe. Si igitur fides eſt oīmibus neceſſaria naturaliter debuit eſſe poſſibilis homini. Dicendum ꝙ eſt homini poſſibilis per gr̄am dei quam vniuerſaliter nulli negat facienti quod in ſe eſt.

¶ Si queratur vtrum oīm xp̄ianorum fides ſit vna ſpecie. Dicendū ꝙ oīm qui deū credunt eſſe vnum: vna eſt fides ſpecie/ qm̄ vnū & idē eſt obiectum eius. diuerſificatur nihilominus numero ſm̄ diuerſitatem credentiū. Neq̨ enim eadem numero eſt fides Petri & fides Iohannis. vniuſcuiuſq̨ enī propria eſt fides: licet eadem ſpecie ſit in oībus. Sicut vnam ſanitatem dicimus pluriū corporis mēbrorum.

¶ Si queratur an fides ſit ſubſtantia. Dicendū non eſſe ſubſtantiam proprie ſumptā: ſed tranſumptiue. Non enī pōt proprie ſubſtātia dici fides/cum ſit accidens. & ipſum quidē accidens contra ſubſtātiam diuiditur. Sed neq̨ cōiter ſumpta poteſt dici ſubſtantia/eo ꝙ non eadem eſſentialiter ſit fides cum rebus creditis. Cōparatiue igitur dicitur ſubſtantia/eo ꝙ comparationē habeat ad ſubſtantiā que eſt materia inq̄tum fundamēti habet rōnem edificii ſpūalis. Ad ſubſtantiā que eſt forma: cōparatur inq̄tum dat aīe formam qua deo aſſimilat̄. A forma ſiquidē ſumunt̄ ſimilitudines. Ad ſubſtantiā que eſt cōpoſitum cōparatur inq̄tum vtraſq̨ potentias aīe ſimul vno eodēq̨ habitu iungit. Ad ſubſtantiā que eſt vniuſcuiuſcūq̨ eſſentia cōparatur inq̄tum datur vnicuiq̨ vera per fidem eſſentia. Non enī vere ſunt: qui fidem non habent: quaſi enī non eſſe dicuntur impii. Eſa. xl. quia nō ſunt quales eſſe debent. Nam tracturū ad ſe omnia xp̄us dicit. Ioh. 3. Non ſunt igitur inter oīa quos chriſtus ad ſe per fidem nō trahit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Si queratur vtrum fides informis numero aſcribatur virtutū. Di
cendum ſm dn̄m bo. non eſſe virtutē proprie prout virtus dicitur re-
cta ratio producēs in finem: vel prout eſt principiū operis meritorii.
aut prout virtus dicit̄ ab Auguſtino qualitas bona mētis qua recte
viuit̄: & qua nemo male vtit̄. Sic enī virtus accipitur ſm theologos
pro virtute gratuita que & gratia eſt. Dicitur autem fides informis
habere virtutis rōnem in ꝯmuni: qm̄ rectificat & vigorat. Intellectū
quidem rectificat dirigendo ad prime veritatis agnitionem. Eſt enī
aliquid arduum aſſentire veritati prime. Non autem poteſt huma-
na mens ad ardua ſe transferre ſine arte & virtute/ ſm philoſophum.
Roborat etiā affectū ad īperandū intellectui vt aſſentiat ꝟitati falſi
tatēq; reſpuat. Eſt igitur virtꝰ fides informis/ & credere actꝰ ꝟtutis.

¶Si queratur an fides informis ſit habitus acquiſitus vel infuſus.
Nam fidē formatam eſſe infuſam a deo nemo ambigit. Dicendū il-
lud quod habet pro materiali tum formata tū informis eſſe acquiſi-
tum. Qđ aūt habet pro formali eſſe infuſum/ pro materiali autē ha-
bet doctrinam credendorū. Neq; enī articulos fidei noſſe quis poteſt
regulariter/ niſi inſtructus ab angelo vel homine. Sic fides dicitur ex
auditu. Pro formali autē habet ip̄m aſſentire/ & hoc a dei eſt dono.
qm̄ non poteſt ad aliquid ſupra ſe naturalis potentia actum extende
re. Fide autem intellectus ad id quod eſt eo excellentius aſcēdit im-
perio voluntatis: qđ naturali virtute fieri neq̄q̄ pōt. Sed argui poteſt
non eſſe ſemꝑ ſupernaturalis doni credere naturalē excedētia virtu-
tem: qm̄ & fatui propoſita ſibi impoſſibilia credunt. Erit igit̄ poſſibi
le naturaliter homini credere quodcūq; propoſitū. puta ſimplex diſci
pulus facile credet aſſerenti magiſtro eſſe aliud ſtellatū celum ſupra
firmamentum & ſimilia vel venturū adhuc ſemel in carne deū & no
uum vniuerſale diluuiū/ aut nouū ſeculum poſt iudicium vel ange-
los habere alas/ qđ & pleriq; credunt euntes ad ſancti michaelis edē.
Oīa autem hec eandē videntur habere credulitatis difficultatem
cū hiis q̄ non ſunt noſtre fidei. quapropter non videt̄ neceſſariū ad q̄
cunq; credibilia ſupnaturale donū. Dicendū ꝙ aſſenſus falſitatis vel
rei q̄ non eſt/ non pōt habere ad ſui inclinationē ſupernaturale donū.
Q̄obrem nec fides dici talis credulitas pōt. Sed aſſenſus vacui rōne
intellectus. Nos autē eam ſolā dicamus fidem qua verū credimꝰ. i.
ipſam ꝟitatē primā ad quam non pōt intellectus noſter aſſurgere ni
ſi mediātē fidei gr̄a quā dicimꝰ a deo dari. Sed quō h̄ ſcit. dico q̄a cre
do & quare credo. dico quia ſic eſt: & quō ſcis ita eſſe: q̄a credo ſic eſſe.
nec poteſt alia ratio aſſignari: niſi quia fidei non pōt ſubeſſe falſum.
quoniā qđcūq; eſt creditū per illumīationē fidei/ illud eſt neceſſariū/



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& verum. Et licet poſſit eſſe contingens/tamē impoſſibile eſt aliter eſſe: eo ꝙ quecūq̄ fidei ſubſūt: a deo pͦuiſa ſunt: nec pōt aliter q̄ qđ eſt a deo preuiſum eſſe ſiue contingere Non enim fallitur nec fallit deꝰ extra deſen. exco. a nobis. Quecūq̄ igitur ab initio credebanť ventura. licet poſſent non euenire: tamen neceſſario euenerunt: quoniā ſic preuiſa fuerāt ab diuina preſcientia que nunq̄ falli poteſt. Licet autē chriſtiana fides habeat de perſe & prope increatā veritatē pro obiecto. per accidens tamē & cōmuniter accepta fides/poteſt habere/quī imo habet de facto creatas plures pro obiecto veritates vt cōnectūť principali motiuo ipſius. quod eſt credere deū. Eo enī quo credimus deū eſſe. credimus quecūq̄ ab eo nobis credenda proponūtur. proponitur autem nobis credulitas future reſurrectionis & multa alia que habēt rationem create veritatis que oīa fide credimꝰ nō quia caro & ſanguis reuelauit nobis. ſed pater qui eſt in celis. Matthei. xvi. qua quidem auctoritate probatur ſupnaturale fidei eſſe donū. Sic & paulus negat ſe ab homine euangelium accepiſſe. Non tamen euacuāt fidem accepte ab hominibꝰ fidei rationes. quinimo cum fide ſtat opinio ex rationibꝰ ꝓbabilibꝰ generata. quequidē opinio (ſm dn̄m bo.) infirmis preſtat fidei fomentum perfectis vero oblectamentū. Nec obſtat aliquid imperfecte tamen ſcire/& ſimul credere. vbi autē perfecta eſt ſcientia. nō admittiť fides. Talis eſt chriſtiane fidei pfectio: vt ob creditam futuram gloriam/cuncta deſpiciātur viſibilia. non diuicie non honores. non affines & amici. non voluptates. non proprie amor vite detineat/quī ad propoſitam totis viribus accurramꝰ beatitudinē. reſpicientes in auctorem vite ieſū qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem. heb. xii. Que nobis autem credēda proponunť qm̄ ab omnibꝰ latiſſime poſita ſunt theologis/non cenſeo huic opuſculo interſerenda. Sunt preterea paſſim ab omnibus nota. neq̄ enim eſt adeo ſimplex quiſpiam chriſtianus qui ſimbolū neſciat quo credibilia omnia continentur. Si aūt latius quippiam foret operepreciū de fide a nobis explicare. quattuor per ordinem illius partes videlicet. neceſſitatem/veritatem/difficultatem/atq̄ integritatem differere oporteret. Sed qm̄ ampliſſime (vt dixi) ab omnibus deducta ſūt doctoribus non ad ea michi eſt animus iteranda. Sufficiat breui compendio rationes omnium reddidiſſe. Neceſſariā eſſe fidem dico ob humane noticie infirmitatem que per fidem illuminatur ob diuine excellentie infinitatem. que non niſi per fidem a nobis penetratur. Ob diuine iuſticie equitatem que in exigentia fidei noſtre declarať Duo enim precedētia ſubtiliſſime a ſcoto ponūtur. Tertiam vero ſic intelligo rationem ꝙ licet deus liberaliſſima illa bonitate ſua velit

hominū gloriam conferre beatam. Nichilominꝰ iuſticia(id exigente)quod maius ſeu precioſius poteſt in precium requirit ab homine. Non poteſt autem homo quicq̄ precioſiꝰ laborioſiuſve deo q̄ fidem qua mirabilia illa rationem excedentia humanā vult credere/offerre:hic enim vincit homo ſeipſum:& tanto quidē nobilius atq; difficilius q̄to ſpiritualius:& nobiliorem ſubiicit potentiā anime videlicet intellectum per voluntatis imperium. Veritatē autem fidei triplici argumento roboramus. Primum quidē qm̄ veritatē primam habet pro obiecto.que non eſſe non poteſt. Secūdo qm̄ ſanctiſſimos quoſlibet habuit & habet pro obiecto atq; fundamento. prout ī illis prima ſue fabrice fundamenta coniecit.de quibus dicitur.fundamēta eiꝰ in montibus ſanctis. Et hii quidem eo feruore fidem tutati ſunt vt horrenda voluntarie genera ſubierint mortis. Et nō modo fortes ſed & omniū peritiſſimos quoſdam ſibi chriſtiana ſubiecit fides vt Paulū Ieronimū.auguſtinum.dioniſium/ceteroſq; plurimos Ita vt ſiue doctrinam ſiue fortitudinem queramus/nullibi clariorem q̄ in xp̄i fidelibus reperire poſſimus. Tercio qm̄ virtuoſiſſima queq; continet pro ſui medio. nulla vnq̄ mala in vniuerſa lege chriſtianoꝝ inuenta ſūt nec eſt omnino poſſibile chriſtianū hominē malum eſſe. A mādatis tuis īquit intellexi propterea odiui omnē viam iniquitatis. Omnia certe illius precepta equitate firmantur.dicēte p̄s. Fidelia om̄ia mādata eius cōfirmata in veritate & equitate. Cōſilia vero ſupra omnē hominū ſanctitudinem exaltantur.dicente propheta. Eſa.lv.q̄tum diſtat celum a terra.ſic exaltate ſunt vie mee a viis veſtris. Quid honeſtius virginitate? Quid mitius iniuriarum damnorūve illatorū humili patientia? Quid virtuoſius inimicorum beniuolentia?quid ſanctiꝰ mūdi fuga?quid glorioſius dedicatione diuina?qua ſe religioſi ad xp̄i perpetuis votis aſtrīgūt obſequia? Difficultatē vero triplici excerpo ratione videlicet.ob nobiliſſime potētie captiuitatē.nobilioris ſiquidē potētie difficilior eſt ſubiectio. Captiuat̄ autē intellectꝰ per fidē in xp̄i obſequiū. Scio(nec mirū)difficiliorē huiuſmodi eſſe intellectꝰ ſubiectionē/q̄ carnaliū quorūlibet deſideriorū victorā. Carnalia ſiquidē deſideria eo facilius reprimimꝰ.quo malicie & inhoneſtatis aliquid ſaltē/ea cōtinere cognoſcimꝰ. Intellectꝰ vero eo difficilior eſt cōpreſſio.quo nichil irrationabile ſuis in negociationibꝰ ſeu diſceptationibus affert.quinimo naturali videt̄ initi cōſilio & naturalis īmediata eſt illiꝰ opatio. Voluptatū autē(licet naturalis)nō tamē īmeditata & oīo prōpta ē executio. Intellectꝰ aūt ſe ſolo prōpte p̄ſilit in actū nō indigēs alteriꝰ adiutorio. Exilit eni ſubito ī fantaſmatū ratiocinationē.quē ideo cōprimere difficillimū ē:p̄ſertim vbi nihil ſibi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cõſcius eſt erroris habere. Non enim non poteſt demõſtratĩ habere ſcientiam ſillogiſmi. & opinionẽ dialetici. vbicũqꝫ igitur vrgẽtes accipit rationes in ea que videntur fidei aduerſa vix poteſt ne illis aſſẽtiat contineri. Et licet volũtatis detineatur ĩperio ne ĩtelligat. facta illius ad aliud conuerſione / ſi tamen ocium detur ab intra captiuus murmurabit / veluti deſideroſa chorearum domi detẽta mulier: vbi autem poſt habitam contrariorum noticiam cõpelletur auctoritati fidei prebere aſſenſum / preſtabit quidem ſed inuitus atqꝫ coactus. veluti qui contraria ſpondet aut aſſerit proprie menti captiuus homo ¶ Secũdo difficillima videt̃ christiana fides ob creditorũ extraneitatẽ. Extraneũ quippe nimis videtur tres perſonas vnius cõmunis eſſentie dici. vt ſuppoſitum dicatur ꝓprietate ſecluſa ſuppoſitalis rationis. Extraneũ videtur infinitum finiti conditiones ſubiſſe. & vbi nulla vnibiliũ inuenitur proportio vnionẽ eſſe factam aſſeuerare. relationem diſquiparentie & dependentiã neſcio quã creature ad pſonam filii dei balbutiendo clamitam⁹. Nec profecto quid loquamur accipimus nichil eſt ibi quod intellectum valeat quietare Ibi ſtupet ratio hominis & puto intellectum etiam ipſum angelicum tanti miſterii ignorare naturam. Extraneũ valde eſt credere virginẽ cũ gaudio peperiſſe. atqꝫ poſt partũ virginitatis non ãmiſiſſe pudorem. Nõne extraneum eſt credere ſpẽs extra illam quã demõſtrant ſubiecti formã haberi? & corpus alicubi q̃tum non autem ſub modo q̃titatis inueniri? Hic profecto contraria eorum que ſenſibiliter videmus & tangimus credimus. An non tibi extraneum ab ratiõe videtur priuationẽ ad habitũ poſſe reduci. & ꝙ in tenuiſſimos redacta pulueres corpora priſtinam corporeitatis (reddita illis oĩa) reſumãt formã? & vbi mixta omnib⁹ elementis materia fuerit iterum ſegregari / & idem corpus numero coaptare? Si alleges miraculum. non videntur debere miraculo fieri que vniuerſaliter accidũt: licet ad hoc rñdeant theologi diſtĩguẽdũ de vniuerſitate tp̃m & ſuppoſitoꝝ / nõ aũt tp̃m. Extraneũ q̃qꝫ videt̃ credere corpeũ ignẽ in corporeã mihi agere aĩaꝫ poſſe. Nulla igitur nobis reſtat niſi in fide quietatio. Tercio difficil videtur fides ob mediorum tenuitatẽ. Nichil enim clare nobis de angelorum creatione vel natura Moiſes nec ipſi prophete declararũt nichil de malorum caſu ſpirituũ enũciarũt. Cum tamen abſurdũ videatur tam grande facin⁹ vel in obliuionis tenebras datum ſcribentibus. vel indignum fuiſſe relatu. Nichil penit⁹ clare de celi empirrei natura & loco vbi ſanctorum ſperata habebitur gloria. diſſeruerunt. Nichil de futura gloria ſufficienter apertum eſt. Et ſi quãdo aliquid in pſalmis videatur ad eũ ſpectare ſenſum / vt illud. ſatiabor cũ appa-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

merit gloria. Et illud. glr̄ia & diuicie in domo eius. Oı̄a ꝑfecto ad eā que in preſenti habētur expectationē attribui poſſūt. Mirum quoqꝫ nichil de originali peccato euidenter dictū nec ſufficit illud. p̄s. in peccatis cōceptus ſum. qm̄ in cōmuni videtur acceptione locutus. Omnes enī quaſi a vulua dicimur pctōres qm̄ pronitatē hēm⁹ innatā ad peccatum. Sic & Tullius aiebat. hominē mox cum ī lucem ꝓdiiſſet errorem ſubito quaſi lac ſugere. Si qua vero ſit huius peccati originalis auctoritas illa videbitur potior. gen̄. 9. qua pronos in malū ſenſus hominis ab initio dicit. Mirum quoqꝫ atqꝫ ſtupendū non cōſtare nobis paradiſi terreſtris locum cum tamē tante oporteat eū eſſe amplitudinis vt corpa electorum ſaltim omnium valeat amplo & ſufficienti ſpatio continere. Et hoc michi plus admirationis affert ꝙ de illa per adam āmiſſa perpetue beatitudinis gloria / nihil omnino ſcriptura loquatur. ad mortem ſiquidem corpalem & preſentis vite miſeriam omnia illa videntur peccati dāna eſſe refuſa. Mirum eſt etiā nichil de xp̄i aduentu loquutos fuiſſe priores. ſola iacob extat ꝓphetia dicētis. gen̄. 49. Non aufferetur ſceptrum de iuda & dux de femore eius donec veniat q mittend⁹ eſt & ip̄e erit expectatio gentiū. Sed nichil ex hoc probatur diuine promiſſiōis habuiſſe. Sed & hec Iacob prophetia & cetere ſeu Eſaie vel Ieremie vel aliorū prophetarū vaticinia non expreſſe xp̄i aduentū probant. Videtur aūt incōueniens quod vniuerſo profuturū erat mundo myſteriū Ita celatū eſſe vt vel paucis vel nullis liquido fieret manifeſtū. Ap̄lus autē dicit ſacramētum h̄ abſconditū fuiſſe a ſeculis. ſed nō aſſignat rationē. Si enī deus vult (vt idem dicit) om̄es homines ſaluos fieri. vt quid parce ſalutis remediū hoībus patefecit? nōne maioris foret vtilitatis omnib⁹ populis manifeſtū fuiſſe xp̄i aduētū. paſſiōnē q̄qꝫ & reſurrectionē q̄ paucis illis ſīplicib⁹ ap̄lis & mulierib⁹ adeo vt dicit / ordinatis ī tāte teſtimoniū maieſtatꝭ? Si allegaueris nō alias īuentos fuiſſe qui xp̄m crucifigerēt / qm̄ vt ait ap̄lus / ſi cognouiſſēt nūq̄ dn̄m glorie crucifixiſſet. Reſpōdebimus hoc ante paſſionē fortaſſis habuiſſe colorē. ſed poſt mortē iā nullū patere obſcuritati locū. qm̄ omnib⁹ ꝓfuiſſet & nullibi obfuiſſet / manifeſtata xp̄i reſurrectio. Videt̄ enī ꝙ hec oīa patentiſſimo atqꝫ penit⁹ expreſſo nota hominib⁹ debuiſſēt fieri teſtiōio. non furtī pene clamdeſtino paucis oraculo reuelari. Mirū quoqꝫ videtur nichil ante xp̄i doctrinā de pſonaꝝ trinitate homīes cognouiſſe. ſed oīa enigmatice (vt dicim⁹) patrib⁹ in figurā ꝯtigiſſe. i. coꝛ. x. Sed & mirū videt̄ ꝙ nullū fidei noſtre acceptatiōis iudiciū ſiue ſignū deus modernis demōſtret tēporibus / nō ſe coīcat nobis deus vt olim p̄ribus illis qui familiare quoddā / quaſi cum homine videbantur cū deo

contraxiſſe cõmercium. Non nobis apparet: non nobis loquiť nulla
inter nos mirabilia opatur oĩa ſuo more procedũt. Si miracula ṗo
rum allegaueris temporũ: non deerit qui dicat falſitatem preſentiũ.
fidem infirmaſſe priorũ / & nouos ſanctos dubitatioñe preteritorum
efficere. Videmus enim opinionibus oĩa regi: & paulatim creſce
re famam. Sicut enĩ aceruis lapidũ ſemper noui lapides cõgregantur
ſic priorũ vite hoĩm noua ſemper miracula hoĩes addũt / vt qui vi-
uentes pene nullius fuerant momenti mortui gloriam acquirant in
ter homines ĩmortalem. Non eſt igitur facile homini docto chriſtia
norum tenere fidem perpetuã: ita vt nec ſcripturarum parcitate deii
ciatur nec apparenti quadam earum abſurditate ſcandalum ſumat.
Sunt enĩ que in ſcripturis abſurda videntur. vt de tactu femoris Ia-
cob. Gene. xlix. quo neruus emarcuit eius: & multa hiis ſimilia. nec
longa prophetarũ expectatione torpeſcat: nec viſa hoĩm continua-
ta peruerſitate / nullo iudicio apparente ſuccumbat. Quibus rite om
nibus conſideratis agnoſco nõ humani: ſed diuini eſſe muneris fidẽ
chriſtianam. Quis enim (niſi diuino fultus auxilio) in hiis non titu
babit? Ergo qui ſtat videat ne cadat. Neminem autẽ deiiciet domi
nus quin potius cadentem iuuabit: ſed nõ retinebit ab alto turris da
uitice ſe voluntario precipitio dantem. vt ṗxaſpes ille qui magorum
detecta fraude dominantium perſis ſeſe voluntario precipitio dedit.
Ambulemus ſimpliciter & ibimus confidẽter: quia cũ ſimplicib⁹ do
mini ſermo eſt. Prouer. xi. ¶ Integritatem ꝟo fidei chriſtiane in tri
plici ꝯſtituo diuiſione. Primũ vt oĩa credenda integraliter credat.
Scđo vt fidem ipſam non rationibus innixam: ſed ſimplicẽ habeat.
Tertio vt firmã viuacem & operoſam illã quiſq; cuſtodiat / ac conſtã
ter pro eadẽ (ſi fuerit expediens) mortẽ excipiat. Hanc fidem cano-
nes legeſq; precipiũt ab oĩbus obſeruari. extra hanc nemo ſaluatur.
extra de ſũ. tri. & C. eo. ti. l. cũctos. Hec eſt archa Noe ſolos saluãs ſe
ingreſſos. Hac fide fit homo placens deo qua ſine ĩpoſſibile eſt place
re deo. Heb. xi. Fide purganť pctã: mũdantur corda. Act. xv. Videť
deus qm̃ apparet hiis qui fidem habent in illũ. Sap. 1. Fide viuit ho-
mo iuſtus. Abac. 2. Fide tormẽta vincunť. ſan
cti per fidem vicerũt: operati ſunt iuſticiã: adepti ſunt repromiſſiões.
Heb. xi. Saluamur enĩ per fidem q̃ donũ dei eſt. Ephe. 2. In vera hac
fide caritate formata conſiſtit & inueniť perfectio xpiana.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Q ſpes erigit edificium chriſtiane pfectionis.




OStenſo ꝙ fides fundamentũ exiſtat pfectionis chriſtiane nunc quomodo ſpes edificiũ erigat deſcribendũ erit. Que cũqꝫ enĩ erigũtur videnť ſurſũ tendere. Ea igitur ſpes ad pfectionem attinet xpianam que nõ in terris ſed in celo ſurſum poſita eſt. cõformiter ad eũ qui dicit. qm̃ tu es dñe ſpes mea altiſſimũ poſuiſti refugiũ tuum. ps̃. 90. Nec videtur multũ a fide differre ſpes. niſi qa deſideriũ addit. Neqꝫ enim fides actum informat voluntatis vt credita ſibi optet. ſed tantũ volũtate vtitur quo ad imperet ĩtellectui vt aſſentiat. Spes vero deſideriũ erigit ad creditã ſibi velle gloriam. Eſt igitur naturaliter prior fides / qm̃ non niſi prius creditũ ſperamus bonũ. q̃obrem recte apoſtolus diffinit fidem eſſe ſperãdarum ſubſtantiam rerum. nõ ipſas quidẽ res eſſe ſperatas. Alioquin per omnia cõformitatẽ habet ad fidem. qm̃ habet ĩuiſibilia & futura & ipſum deum / non quidem eo modo quo fides ſub rõne prime veritatis / ſed potius ſub rõne ſupreme bonitatis / pro obiecto / & diuinã gratiã habet pro fulcimẽto. qm̃ ſicut credere abſqꝫ diuino nullus põt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

auxilio:ſic nec ſperare ſupernaturale bonū. Mediū quoq; idem cum fide habet videlicet ſacre auctoritatē ſcripture. Q̄ autē futuroꝝ ſit ſpes apoſtolus inſinuat dicens. Ro. viii. Nam quod videt quis:quid ſperat? Obiectum vero eius eſſe ſpirituale bonū & illud quidem infinitū/vniuerſa clamat ſcriptura. vbi beatificant̄ ſperātes in dn̄o ſiue fiduciam habētes in eo. Iere. xvii. Pro eodem enim & ſpes & fiducia ſignificāt. diuerſimode tamen fides & ſpes iuiſibilia habent pro obiecto q̄a fides habet inuiſibilia inq̄tū iuiſibilia: ſpes vero inq̄tū nō habita. Eſt alia fidei & ſpei differentia q̄m fides bonarum quidem & malarum eſt rerū. pereque enim penā credim⁹ veluti gloriam Spes ꝟo nōniſi bonarū eſt rerum & futurarū tantūmodo. Fides vero & preſētiū & preteritorū ac futurorū eſſe poteſt. Preteritā enī credimus xpi paſſionē/preſentem vero credimns dei gratiam et eccleſie vnitatem futuras autē penas credimus atq; glorias. Eſt & alia differentia q̄m fides eſſe ſine meritis atq; bonis operibus poteſt. vt fides in formis. Spes vero dicitur certa expectatio future beatitudinis veniens ex dei gratia & ex meritis precedētibus. Sine meritis enī ſperare/non ſpes/ſed preſumptio dicit̄. Eſt igitur ex hoc alia differentia q̄a ſemp̄ eſt formata ſpes. eo q̄ gratie & meritis initatur: alioquin iā nō eſſe ſpem ſed p̄ſumptionē dictū eſt. Dicit tamen dn̄s bo. vno modo poſſe ſpem eſſe informē/videlicet. cum nichil habens gratie nec meritoꝝ ex propoſito future emēdationis ſperat vitam eternā. Sed videt̄ cōtraire diffinitiōi ipſius ſpei/ q̄m talis per tale propoſitū (ſi ſit efficax) recipit gratiā/& ſic licet nō habeat opera bona in effectu habet tamē in radice. q̄m habet gratiam que omniū radix meritorū: vel nō habet propoſitum efficax/& ſic nō recepit gratiam. ſi autem nec gratiā habet nec bona opera iam non habet ſpem ſed preſūptionē: licet nō eo modo puram p̄ſumptionē. ſicut is qui perſeuerans in peccato ſperat ſaluari per infinitam dei miſericordiā. In reliquis vero conuenit cū fide/eo q̄ habeat pro ſubiecto intellectū & volūtatē ſicut fides. & paulo plus voluntatē q̄ fides. certitudinē quoq; habet vt fides. Spes enī nō cōfūdit ſm̄ ap̄lm. Ro. v. habet aūt certitudinē innixa deo qui non fallit: in homine vero ſperāte nō habet certitudinē niſi ſuppoſita cōditiōe p̄ſeuerationis in bene ceptis & diuina gratia. Neq; enim ſpero me ſaluandū niſi perſeuerauero in bn̄ ceptis. ſpero nichilomin⁹ me perſeueraturū diuina iuuāte gratia. Eſt igitur certitudo ſpei perſeuerātiōis. & certitudo ſpei retributiōis perſeuerāti cōferende. Spes perſeuerātie innitit̄ diuine gratie / qua mediū ſiue diſpoſitio ad eternā vitā accipitur. Spes vero retributiōis innititur deo veluti reſpiciens finem. Itaq; omnis ſpei certitudo ab ipſo/qui certitudinē ſolus habet

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

accipitur deo. Neq; enim alibi cuiuſlibet rei poteſt vere fundari cer=
titudo. Sunt enim incerta quecūq; creaturis / & preſertim hominib⁹
innitūtur. Multi enim caſus incidūt reb⁹ humanis. C. de vſu & ha. l.
inter antiquā. Nec eſt aliqd tam ſtabile inter homīes quin mutatiōi
ſubiaceat. quia humani generis conditio ſemper diuerſitatib⁹ impel
litur rerum: nec eſt ꝙ ſtare in ea perpetuo poſſit. C. de ve. iu. enucle.
l. ii. Qui aūt confidūt in dn̄o ſicut mons ſion nō ꝯmouebit̄ in eternū.
p̄s. cxxiiii. Poſtq̄ igitur in dn̄o confido: quomō dicitis aīe mee trāſ=
migra ſicut paſſer. p̄s. x. Nam qa dn̄s eſt adiutor meus nō emigrabo
quia deus auxilii mei & ſpes mea in deo eſt. p̄s. lxi. Quis vnq̄ ſpera
uit ī eo & confuſus eſt? Eccli. 2. Non ē enī confuſio cōfidētibus in te
dn̄e. Dan̄. iii. beatus igit̄ cuius eſt dominus deus adiutor eius in dn̄o
deo ipſius qui fecit celū & terrā mare & oīa que in eis ſunt. p̄s. cxlv.
O domine deus virtutum beatus homo qui ſperat in te. p̄s. lxxxiii.
Non enī in fortitudine equi ideſt ī equitibus armatis / neq; in tibiis
viri ideſt in peditib⁹ voluntatem habebit domin⁹. p̄s. cxlvi. benepla=
citum eſt autem domino ſuper timētes eum / ideſt qui ob timorē ei⁹
fugiunt peccata / & in eis qui ſperant ſup̄ miſericordia eius. Innixi vi
delicet operibus bonis.

¶ Quō ſpes dicatur a gratia & meritis ortum ſumere.

AD ampliorē ſpei declaratiōnē / videam⁹ vnde / vbi / quare /
quid / & quando / ſperare xp̄iano liceat. Vnde ſpes habeat
ortū in ſui diffinitione videtur explicatū. vbi dicitur ꝙ pro
uenit ex gratia dei & meritis. Sed qm̄ inter gratiā dei &
hominis merita longa videt̄ eſſe diſtantia / eo ꝙ alter in celo ſit ſpei
fons parturiens ſpem ideſt diuina gratia. Alter ī terra ideſt hominū
merita. non erit inutile quō in vnum ſimul iuncti fontes hii Ior. &
dan. ſm Iero. Iordanis nomen efficiant. aut ſi diſtent / quō diuerſa ab
ſcaturigine eūdem fluuium ſpei euomant / cōſiderare. vtrūq; autem
michi videor ſimul & ſeorſum intelligere. Nam cōuenire in vnū ad
meritoria hominis opera / dei gratiam eo cōſtat ꝙ nōniſi gratia pri=
us informāte volūtas elicere actum poteſt meritoriū. Eliciti autem
abſq; gratia / naturali virtute boni actus a voluntate moralem quidē
habere poſſūt bonitatem. ſed meritoriam minime. Coniūgi igit̄ di=
uinam gratiam humane menti neceſſe eſt ī elicitione act⁹ meritorii.
vbi igitur a meritis ortum ſpes ſumit Ibi & diuinā habet gratiā an=
nexam / quoniam in vnū ſimul coeūt humana volūtas & diuina gra=
tia. An vero in hac gratie & volūtatis coniūctione / ad volūtatē veni
at gratia / an volūtas ad gratiā eat dubitari poteſt Non autē videtur
equū ad ancillam venire dominā ancillā potius ad dominā accedere

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iuſtum eſt. Non eſt autem dubium ancillā gratie volūtatem eſſe hominis. Etenim ſola gratia in volūtatem hominis habet imperiū. & ad nutū mutare illā poteſt. Nūq̄ enī volūtatis deprauate fit mutatio in bonum niſi virtute illius dextre excelſi. p̄s. lxxvi. Econtra difficile videtur ad gratie habitaculum venire hoīs volūtatem. Quis enim aſcendit in celum vt inde hominib⁹ eam deferre queat. bar. 3. nullus enī aſcendit in celum niſi qui deſcendit de celo filius hominis qui eſt ī celo. Io. iii. Quid miramur ſi ad eliſabeth habitaculū maria venire dignatur? Dicem⁹ autem. vnde hoc michi vt veniat ad me nō quidē ipſa mater domini. ſed dn̄s ipſe? Audi qm̄ non dedignatur ad hominem venire deus ad ſeruantē (inquit. Io. 14.) ſermones meos veniemus. & ſi parū eſt venire addit. & māſionē apud eum faciem⁹. Nōne ad hoīes in mundū venit chriſtus. In propria quidem venit. Io. i. & ipſe qui p ꝓphetas antea loquebatur dixit aſſū. Eſa. lii. Sed nō oportet torpere domi ancillā aduenīete ad eam dn̄a eius gratia. ſurgens enim occurſū venit illius. Preuenit enī dei gratia peccatorē. p̄s. lviii. ſed tn̄ occurrere oportet ancillam vſq ad eam / quā poteſt / altitudinis viā tranſilire. Sed qm̄ corpus quod corrūpitur aggrauat animā. Sap. 9. & terrena inhabitatio dep̄mit ſenſū. neq̄q̄ ad alteriora celi faſtigia ideſt ad ipſum / quo dixit ſe paulus raptum (trinitatis celum) poteſt ſcandere / q̄obrem ad crucis altitudinē inter celum & terram participās de vtroq anīa ſaltim ſe leuabit. Illic gratie occurrens vnde ortum ad hoīes gratificandos accepit. Ipſe enim chriſtus de celis gratiam ad eum adduxit locum veluti ad eum quo facile illi⁹ gratie mercatores poſſent accedere: certe ibi gratificauit nos deus in dilecto filio ſuo. colo. i. Nimis certe grauis aut impudens illa erit anima que ſaltim illuc vſq ad hauriendam nō ſe leuabit gratiam. Illic puto omnis anime cū gratia vnionē fieri. Illic marie copulatur. elizabeth cuius quidē copulationis ſignū eſt latētis in vtero Iohānis exultatio Exultat nimirum aduentu gratie ſpiritus. & in laudem prorūpit dei & beneficii ſine meritis obſtupet accepti. nec puto quēpiam quacūq hora illuc aſcenderit gratie occurſum non habere. Si vero ſeorſum gratie & meatorꝫ fontes ſpei ponam⁹ tunc diuerſis riuulis vnū ſpei efficient fluuiū: deſurſū enim emanat riuul⁹ habitualis / qm̄ dicim⁹ īfundi a deo habitum ſpei. neq enim theologa eſſet virtus ſpes ſi per hominē foret acquiſibilis. Eſt itaq non acquiſitus habit⁹ ſed infuſus. Itē prout ſpes accipitur pro termino ſiue obiecto rei ſperate: a ſupno nulli dubiū emanat fonte / qm̄ deus ipſe eomodo noſtra ſpes ē. dicēte p̄s. p̄s. xc. qm̄ tu es domine ſpes mea ideſt ipſum quod ſpero bonum. Si autem riuulum actus ideſt ipſam actualem ſperationis elicitionē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cōſpicim⁹ ſic a terreno profluit fonte/qm̄ in libera eſt hominis pote-
ſtate actum ſpei elicere vel non elicere. Sed & a meritorum videtur
preſumptione oriri. Neq; enim ſperaret retributionē niſi meritorū
precedentium haberet confidentiam. Si vero ſpei diſpoſitiuū cōſide
ramus mediū/ſiue artificium. ſic a terreno profluit fonte. qm̄ tribula
tionibus cōflatur ſpes. In tribulatiōe (inquit p̄s.4.) dilataſti me: quo
niā ſm aplm̄. Ro.5. Tribulatio patientiam operatur. patientia vero
probationem. probatio vero ſpem que nō cōfundit. Sic Iob.17. poſt
tenebras tribulationū: lucem ſperabat conſolationis adiuuante pſal
miſta: qui ait. ſm multitudinem dolorū in corde meo: conſolationes
tue letificauerūt animam meā. Si fuerimus inquit aplus. 1.Coꝛ.1.
ſocii paſſionū/erimus & conſolationum: & ſpes noſtra inquit firma
eſt pro vobis. Sciētes qm̄ ſicut ſocii paſſionum eſtis ita & conſolatio
nis eritis. Prodiit igitur inſtrumentaliter ſpes ab tribulatione habēs
quidem tribulationē ſiue bona opera pro materiali. Gratiam vero
qua bona illa gratificantur & acceptant̄ pro formali. Breuiter igit̄
dicere poſſumus gratiam habere bona hoīs opera pro principio ma
teriali: pro formali autem grām. Vtrūq; vero ſimul conſideratū eſſe
verum illius principium praticum.

¶ Q; ſpes ꝟtus thealogica in deo ſolo ꝯſtituit̄: nō in diuitiis.

VBi autem ſit xp̄iani ponenda ſpes. Nunc erit explicādum.
Sunt qui ſpem ponant in opibus: quos pſalmographus ar
guit dicens. p̄s.48. Qui confidunt in virtute ſua & in mul-
titudine diuitiarum ſuarū gloriantur relinquent alienis di
uitias ſuas & ſepulchra eorū domus eorum ineternū. Nam qui con-
fidit in diuitiis ſuis corruet. Prouerb.xi. Hunc videntes iuſti deride
bunt dicentes. p̄s.51. Ecce homo qui nō poſuit deū adiutorem ſuū:
ſed ſperauit in multitudine diuitiarū ſuarum & preualuit in vanita-
te ſua. Nil proderunt theſauri impietatis. ꝓuer.10. qm̄ aurū & argen
tum non liberabit aīam a perditione. Eze.vii. Argentū enim & au-
rum foris proiiciet̄. Sopho.1. nec poterit eſſe precium redemptionis
anime hoīs. p̄s.48. quam enī dabit homo cōmutationem pro anīa
ſua? Quid igitur prodeſt homini ſi mundū vniuerſum lucretur: ani-
me vero ſue detrimentū patiatur? Matth.xviii. Nolite ergo ſpera-
re in iniquitate/& rapinas nolite concupiſcere. diuitie ſi affluant noli
te cor apponere. p̄s.lxi. Non profuit creſo cumulati maſſa theſauri.
Sperabat vecors amplo ſe tutarier auro. Plus enī virtutis honos iu-
uat q̄ ſeries operum. Seu minimi congeſta moles in abdita turri. Et
plus fama valet q̄ cenſus ceſaris amplus. Diuitie nihil addunt homi
ni: ſi cetera deſint. quib⁹ acquiſitā tenuere famā quirites vilior ſpera-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re ſolet hoim progenies auro. Non heroũ viribus herẽs generoſa ꝓ
pago. Non opibus animi: ſed opes aio pendent. Largus alexander
animo virtuteq; fidens. Spoliauit dariũ fidentẽ copie nummi. Qui
autẽ in diuitiis poſuere ſpem ad xpiane pfectionis nihil attinẽt cetũ.

¶ Q͛ ſpes xpianorũ non eſt ponenda in hominibus.

Sunt qui ſpem ſuã in hominibus ponunt/ & hii a deo maledicũtur. Maledictus (inqt Hiere. hiere. xvii.) qui cõfidit in hoie: & ponit carnẽ/ ideſt hoiem carnalẽ/ brachiũ ſuũ/ id eſt ſpem ſue defenſionis. Vana eſt ei ſalus hois. ps. 59. quia homo vanitati ſimilis fact⁹ eſt/ dies eius ſicut vmbra pretereũt. ps. xxxviii. & nunq̃ in eodem ſtatu permanet. Iob. 14. Nolite ergo confidere in principibus & filiis hoim in quibus non eſt ſalus. exibit ſpiritus eius & reuertetur in terrã ſuam/ in illa die peribunt om̃es cogitationes eorũ. ps. 145. Si ſara cõfidens in iahel ab eadem clauum accepit mortis/ Annibal in anthiocho cõfidens ab eo/ romanorum interuẽtu propulſus eſt. Inde ad pruſiam bithinie regem confugiẽs ab eodẽ poſtremo proditus/ & romanorũ vallatus inſidiis/ ne ad manus eorũ quos maxime oderat deueniret/ ſũpto veneno voluntariã ſubiit mortẽ. Darius perſarũ rex maxim⁹ ab hiis quib⁹ oẽm ſpei ſue tutelam cõmiſerat miſerabili eſt donat⁹ exitio. Pompeius ab eo in quẽ vltimã ſue ſortis poſuerat ſpem/ egyptiorũ rege neci traditur impie. Scipiones illi romane gentis duces audaciſſimi (ab eo cui maxime innitebant̃) exercitu celtiberorũ deſerti: affroꝝ manu obſcuro interiere caſu. Sed & multi reges atq; duces ab ſuis/ quibus maxime cõfidebant/ militibus proditi/ in aduerſariorũ manus miſeri deuenire/ cui⁹ rei exemplũ ludouicus ſforcia mediolaneñ. dux ab ſuis inter manus lodouici francoꝝ regis nuperrime tradit⁹/ & in loſſenſi captiuus caſtro defunctus/ euidẽtiſſime prebet. q̃obrem ſacratiſſim⁹ ille iuſtinianus impator nõ ſuis armis aut militib⁹ cõfidentiã preſtabat ſuam: ſed rerũ oĩm creatori deo. C. de ve. iu. enucle. l. i. Nõ (inqt pſalmiſta) i arcu meo ſperabo: & gladius meus nõ ſaluabit me: ſed dextera tua & brachiũ tuũ. ps. 43. Nõnulli autẽ ſpem ſuã ponũt in caſtrorum vel ciuitatũ valida munitione ſeu loco. Sic arphaxat cõfidebat in ciuitatis cõſtructione quã erexerat tanto ſupbie faſtu. Nichilominus hunc deuicit potentior eo nabuchodonoſor: illi etiam qui cõfidebant in altiſſimo petre loco/ ab hoſte alexãdro deuicti ſunt. Sic & ab eodem tirii ꝯfidentes ciuitatis fortitudini ad nichilum redacti ſunt. Nec eſt numerus eorũ qui hac fiducia decepti ſunt. Huius fiducie redargutor videt̃ abdias dicens ei/ qui cõfidit in petroſo habitaculo. ſi exaltaueris te quaſi aquila & inter ſidera poſueris nidũ tuũ: inde de-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

traham te dicit dñs. Nam & ſardinapalus incaptabili confidens babilonie/cuius erat oraculū/ tunc babiloniā poſſe capi: quū fluuius ei fieret hoſtis q̄obrem nunq̄ id futurū exiſtimans inūdatione euphratis deiecta muri parte ab arbace medo vrbe capta/deceptus eſt. Nōnulli aūt ſpem ponunt in fortitudine & virtute ſua/& hii cito cadunt qm̄ nō eſt aliquid durabile homīs fortitudo: & qm̄ de hoc in excurſionibus viaticis cum loquerer de ſuperbia ſatis me dixiſſe memini nō vltra protendā. Similiter & de hiis qui vel in agilitate: vel ſcientia: vel bona corporis cōplexione aut fortuna/ſiue potētatu ſpem poſuere ſuam. Oīm autē horū ſpes nequaq̄ ad religionis xpiane pertinet ꝑfectionem. in deo vt ſupra dixim⁹ perfecta eſt xpiane perfectionis repoſita: ſpes quaſi anchora nauim hūane mentis inter varias hui⁹ mūdi tribulationū procellas firmiſſime tenēs. Teneamus igitur & nos ſpei noſtre confeſſionem ſperantes in deum cui ſalutari noſtro confitebimur ineternum.

¶ Qꝛ eſt ſperandū in deo propter ſuā oīnipotentiam.

QVare autem ſperare in deo liceat dico propter ſuam omnipotentiam/omiſcientiam/omiiuſticiam/& oibonitatē. Vanū certe ſperatur impotentis auxiliū. q̄obrem increpātur idolorum implorātes adiutoriū. Sap. 13. Cum nec motum habeant neq; ſenſum. & quicūq; in baculo ſperant arundineo & fiduciam habent in vmbra egypti. Oīs autē homo minimā habet potentiam/qm̄ oīs potentat⁹ vita breuis. Eccli. x. Nullus ergo ſperet in fortitudine pharaonis. Eſa. 40. Qm̄ qui fortior eſt inter hoīes quaſi nihilū reputatur in conſpectu dei: & oīes hoīes quaſi non ſint ſic ſunt coram eo & quaſi nichilum & inane reputati ſunt. Eſa. xl. Ipſe autem deus eſt fortiſſimus cui nullus ſimilis inter fortes. Exodi. 15. Quis ſimilis tui? Potens es dñe & veritas tua ī circuitu tuo. tu dñaris poteſtati maris/ motū aūt fluctuum eius: tu mitigas: tu hūiliaſti ſicut vulneratū ſuperbū. In brachio virtutis tue diſperſiſti inimicos tuos. ps. 88. Potens es dñe oēs ſaluare. Sap. 14. etiam ſine rate quis adeat mare. tu terribilis es. ps. 75. et qs reſiſtet tibi. ps. 103. qui tangis terram & facis eam tremere: nec eſt qui poſſit reſiſtere maieſtati tue Heſter. 13. Si igr̄ decreuerꝛ ſaluare nos ꝯtinuo liberabimur. Dan. 2. Tua eſt enī potentia tuū eſt regnū. In manu tua virtus & fortitudo. Iob. 12. In manu tua magnitudo & imperiū oīm: & ſermo tu⁹ ꝑtāte plenus eſt. Eccl's. 8. Ergo ſperēt ī te q nouerūt nomē tuū: qm̄ nō derelinquis ſpantes in te dñe. quis nouit poteſtatē ire tue? ps. 85. Notam fac in pplis virtutē tuā. ps. 76. vt cognoſcant inimici tui: qm̄ nomē tibi dñs tu ſolus altiſſimus in oīni terra. ps. lxxxii.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Q[ui] ſperandū eſt in deo propter om̄iſcientiam.

PRopter om̄iſcientiam in deo digne ſperamus: eo ꝙ oīa & vbiqꝫ nouit. Igitur nouit pios eripere de temptatiōe quibꝰ eſt adiutor in opportunitatibus & in tribulatione. p̄s. 9. Ipſe enī nouit figmentū nr̄m. p̄s. 102. q̄obrem non patit̄ nos temptari ſupra id quod ferre poſſumus. i. Cor. x. qm̄ īpfectū nr̄m viderunt oculi eius. p̄s. cxxxviii. Recordatur enim quia caro ſumus ſp̄s vadens & nō rediens in tēpore. p̄s. 55. Ideo abundat facere nobiſcum miam ſuā. Si aūt ignota deo foret hoīm calamitas viſa mittendi ad eū nuncios difficultate: in remotis enī agit: non videretur vſqꝫquaqꝫ tutū in eo ſpem reponere noſtrā. Qui enī ſperant ab amicis auxiliū ignorantibus neceſſitatē: anteq̄ ad eorum caſus amici noticiam peruenerit/multa patiūtur incōmoda. Deus autē vbiqꝫ p̄ſens eſt. prope eſt dn̄s. p̄s. cxliiii. om̄ibus inuocātibus eum in veritate. Et ipſe quidem oīa nouit. Eccli. xxiii. etiam anteq̄ fiant. Sciuit xp̄us lazarum infirmari quē reſuſcitare etiam defunctū facile potuit. Igitur etiam ſi me occiderit in xp̄o ſperabo. Iob. 13. qm̄ dn̄s mortificat & viuificat. deducit ad inferos & reducit. 1. Reg. 2. & potens eſt educere aīam meā de inferno inferiori. p̄s. 85. Protector eſt enī dn̄s oīm ſperantiū in ſe. p̄s. xvii. Sp̄ate igit̄ in eo oīs cōgregatio pp̄li. p̄s. lxi. quia deus adiutor noſter ineternū. Non igit̄ ſpero auxiliū niſi a dn̄o q fecit celum & terrā. p̄s. cxx. qui oīa nouit & p̄ns eſt vt ſubitā ferat opē. Oportet enī actiua proxima fieri paſſiuis vt actio ſequat̄. Igitur nō eſt tutū a longinquis auxiliū in neceſſitatibus expectare.

¶ Q[ui] eſt in deo ſperandū propter om̄iiuſticiam.

PRopter oīiuſticiam dei bonū eſt cōfidere in eo: ſic dicebat Paulus. Scio & certus ſū: q̄a depoſitū meū ſeruabit in illū diē iuſtꝰ iudex. Porro in hoīe iniuſto vel q vitiari pōt cōfidere nō eſt tutū: q̄a pōt nō reddere ſperatū ex ope lucrū. deus aūt iuſtꝰ eſt & rectū iudiciū eiꝰ. p̄s. cxviii. nec deficiet reddere vnicuiqꝫ ſ̄m opa ſua. p̄s. lxi. & dare cuiqꝫ mercedē ſ̄m ꝓpriū laborē. i. cor. 3. Hec ē rō quare ſp̄at iuſtꝰ in morte ſua. ꝓuer. 14. q̄a tūc reddunt̄ mercēnariis debiti ex labore denarii. Si enī terre cultor intollerabiles pene ſuſcipit labores/agri ſperans fructū deſiderabilē: & ſpe lucri miles belli p̄iculoſa ſubit icōmoda. curialis [illegible] ſpe potiūdi q̄nqꝫ officii (q̄s parit curia curas) langueīti tolerat deſiderio: & illi q̄dē incerto ducūt̄ fortune flatu. Quō nō ob certā diuīe mercedē iuſticie q̄ſlibet tollerabunt xp̄iani labores. vt repoſitū vite accipiāt eterne triūphū? Nō enī fallax eſt deꝰ vt decipiat/neqꝫ mortalis vt deficiat/neqꝫ miſer vt nequeat. Fidelis enī eſt deꝰ ī verbis ſuis. p̄s. 144. Qui bn̄ operantibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vitam ſpopōdit eternam. Et ego inquit Ioh.6. vitam eternā do eis.
Sed quō? Si vis (inquit) ad vitā ingredi ſerua mādata. Principū ꝟo
rara eſt promiſſi fides. qui & mori ante collatā beneficii retributionē
poſſūt. Deus aūt nō moriṫ: neq; mors illi vltra dn̄abitur. Ro.6. Ad
pauperiē quoq; ꝯtingit ſepe principes deuenire. deꝰ aūt ſemꝑ diues ē
in oībus & in oēs qui ſeruiūt illi. Ephe.2. habet enī gloriā & diuitias
in domo eius. p̄s.cxi. vbi replebimur ab vbertate domus eius. p̄s.35.
Ibi replebit in bonis deſideriū noſtrum: & replebimur ī bonis domꝰ
eius. p̄s.64. Cuius diuitie nunq̄ decreſcunt. Habet enī ſecū diuitias
& gloriā quas non aliūde q̄ a proprio exhaurit ſue diuinitatis fonte.
Non enī aut agris / aut fodinis / aut molēdinis ille ciuitatis ſupne cō-
mēdanṫ diuitie. Ita vt pati quolibet detrimentū poſſint: ſed ī ipſo cō
ſiſtunt inexhauſtibili diuinitatis viuaciſſimo fonte ad quē fontē ſiti-
uit aīa mea. p̄s.41. qm̄ nō inueniṫ alibi certa quies aīe. In oībus req-
em q̄ſiui / nec inueni. Ideo in hereditate dn̄i morabor: nec dabo ſom
niū oculis meis / donec inueniā locū dn̄o. vbi ſit requies mea in ſecu
lum ſeculi: illic habitabo qm̄ elegi eā. Ne me dn̄e cōnumeres eis qbꝰ
iuraſti in ira ꝙ nō intrabunt in requiem tuam.

¶ Propter om̄i bonitatē dei vltimate in ip̄o ſperandū eſt. Nā licet
indebita meritis ſit gr̄a nr̄is. Magna tn̄ ſpes eſt in bonitate dei. Bo-
nus eſt enī dn̄s ſperantibus in ſe. Treñ.3. Speramus enī ob īmenſam
ſue bonitatis gr̄am abundāter nobis retributurū eum. p̄s.30. qm̄ non
ſunt cōdigne paſſiones huiꝰ temporis ad futuram quā preparauit di
ligentibus ſe gl̄iam. Ro.8. Neq; enī finiti operis noſtri ad infinitam
eterne vite gl̄iam ꝓportio vlla metiri pōt. Condigne igiṫ eam me-
reri neq̄q̄ poſſumꝰ. Congrue tn̄ & digne dignificante merita noſtra
xp̄i gr̄a poſſumus. In hoīe illiberali & auſtero nulla large retributio-
nis eſſe ſpes digne poteſt. Aut enī qđ iuſtum eſt retribuet: vel minꝰ
debito vel nihil: plus aūt debito nunq̄. q̄obrem amore indigni ſunt il
liberales / deus aūt qm̄ bonus qm̄ in ſeculū mīa eius: qm̄ indignꝰ etiā
beneficia ꝓfert. Oriri quippe facit ſolem ſuū ſuper bonos & malos: &
pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Mat.5. qm̄ & iuſtis plus equo liberali-
ter tribuit: quoniā ſic multipliciter caritatē ſuam cōmendat ī nobis.
Ro.5. Profecto digniſſimus amore cenſeṫ. Et ipſe quidem amari a
nobis deſiderat qđ & precipit: non q̄a vtilis illi amor ſit noſter. bono
rum enī noſtrorum nō indiget. p̄s.15. Eſt enī per ſe diues & nullius
egens quoniam per ſe eſt & ſuipſius nō alterius gratia. Sed ideo ho-
minū petit amorem: qm̄ ipſe amor eſt / & quod ſuū eſt ſibi debito vē-
dicat iure / & quia amor eſt nos vtiq; amat: quos fecit. diligit enī om-
nia que ſunt. Sap.xi. & nihil odit horum que fecit: qm̄ autē amat nos



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vult a nobis amari vt digni ſimus amore illius: quo bene nobis ſit ob grãm eius. Geñ. xii. Neq̃ enĩ aliter bene nobis eſſe poteſt niſi amando deũ. Propter nos igitur & noſtram ſalutẽ deſcendit de celis oſtendens ꝙ amet nos vt & a nobis ametur: cuiꝰ amoris reciprocatiõe copulemur ei/ & quaſi palmites ĩ vite cordialiter inſiti. Ioh. xv. Ab humore ſui amoris viuificemur/ & in eo manẽtes per ipſum & cũ ipſo & in ipſo ad vitam tranſferamur eternã: quia al'as nemo aſcendit in celum niſi qui deſcendit de celo/ ideſt qui corpori eius per caritatem inſerti ſunt. Quam ſperamus igiť non ꝓpter merita noſtra: ſed dei bonitatem nos adepturos/ quod deus donet. Amen.

¶ Q(uo) ſperare debemus temporalẽ a deo ſubuentionem ſaluti non derogantem.

QVid autẽ a deo ſperare debeamus: nũc habemus differere. Dico autẽ tria eſſe nobis a deo ſperãda videlicet tẽporalis neceſſitat(is) ſubuentionẽ/ ſaluti eterne nõ derogantẽ: ſpũalis iocũditatis ĩmiſſionẽ/ interne deuotioni correſpõdentẽ: & eternalis felicitatis retributionẽ/ ſuperne ſocietati iũgentẽ. Affuturũ ſiquidẽ ſe tribulatiõis tẽpore auxiliatorẽ ſe inuocanti dñs ſpondet dicens. p̃s. 49. Inuoca me in die tribulatiõis/ eruam te & honorificabis me. Eſt enĩ adiutor in opportunitatibus in tribulatione. p̃s. ix. Sed nõ auxiliatur ammouẽdo eã que ſaluti eterne conducit tribulationem: quia nõ remouet media quibꝰ ad vitã perueniamꝰ eternam/ qui finem. i. ipam vitã eternam/ nobis largiri deſiderat. Oportet autẽ per multas tribulationes nos ingredi regnũ dei. Actu. xiiii. Nam & xpm ſic pati oportuit vt intraret in gloriã ſuã. Quotieſcũq̃ igitur nõ a preſentibus liberamur anguſtiis: non deſperemꝰ deũ nobis nõ eſſe propiciũ. Sed exiſtimemus vtilius nobis cuſtodiri remedium: & qđ petimus nequaq̃ fore noſtre ſaluti neceſſariũ. Neq̃ enim decet vt medicus ab egro ſanitatis ſue crucians antidotũ/ ſi hoc ille petit/ ammoueat. Sed vbi nõ proficit nõ vltra relinquit: ſed facta remouet operatione. Sic deus quouſq̃ nobis eſt tribulatio neceſſaria: nõ videtur auxiliũ ad eius ammotionem velle cõferre/ ſed cõfert: qm̃ vtilitati proſpicit id noſtre cõueniens & vt feramꝰ patiẽter indulget. Item ſpũalem a dño gratiã ſperare xpianus debet. dũmodo intrinſeca id poſtulet aĩe deuotio. Neq̃ enĩ diſſolutis corde/ & pctã diligentibus grãm deꝰ infundit ſuã/ que non intrat in maliuolã aĩam. Sap. i. Semp enĩ deꝰ eſt paratus bñ facere niſi malicia hoĩm ꝓhibeať. xvi. q. i. decime. Hiere. v. Eſa. lix. Pctã ſiquidẽ impediũt bonũ que & diuidunt inter nos & deũ noſtrũ. Et hec quidẽ grã qñq̃ datur tali modo vt facile percipiatur: qñq̃ vero nõ prodẽte quolibet eã effectu videť/

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

licet ſit homī data. proditur aūt vel in orando lachrimarū profluuio vel exceſſiua quadā cōcepta mentis leticia/vt de beato Franciſco ſānctus noſter refert bonauentura. O q̄ mira eſt huius dulcedis deguſtatio: ibi dicit aīa deo potū mihi dediſti lachrimas in menſura. p̄s.35. quaſi dicat: non ſm eam quā cupit meus anim⁹ abundantiā. tn̄ fuerunt mihi lachrime mee panes die ac nocte. p̄s.xli. quia potaſti me vino cōpunctionis. p̄s.lix. O vtinam dn̄e me inebries lachrima tua. Eſa.xvi. vt miſceam in fletu potū meum. p̄s.ci. Hec eſt occulta cōſolatio quā nullus intelligit qui nō habet. Apo.2. Quādoq; aūt nō proditur infuſa homī gratia per aliqđ ſignū exterius: licet in aīe ſecreto lateat: vbi ſe habentē affligit deſiderio ſui. Dum enī quiſq; cruciatur gratie deſiderio ꝙ iam habitū perceperit ei⁹ euidens habet teſtimonium. Non enī eam deſideraret niſi ſtimulis agitaret̃ eius. Sic magna dominum quē gerebat in cordis hoſpicio exteri⁹ q̄rebat in orto.

¶ Vltimo autē loco ſperare debemus a dn̄o ſuperne felicitatis gloriam quam ſua liberalitate mediantibus meritis impartiri ſpopondit: vt ſupra dictum eſt.

¶ Quotquot igitur tēporalia ſperant bona vel carnalia ſe aſſecuturos deſideria vt ſolent qui griſeos calores ferunt amatores: nequaq̄ ad chriſtiane perfectionem attinentē habēt ſpem. ſed impiorum potius ſpem q̄ peribit habent. p̄s.i. Non igitur xp̄iane perfectionis habent ſpem romani curiales beneficia morte aliorū expectantes. Nō cardinales reuerendiſſimi qui papatus habent cum anxio deſiderio ſpem. Non epiſcopi qui ad cardinalatus apicem aſpirantes/qđ ambiunt ſe aſſecuturos qn̄q; ſperant. Non monachi qui prelationē. Nō principes qui alienas terras. Non milites qui predā. Non mercatores qui lucrū. Non venatores qui beſtiā. Nō amatores qui ſuis amaſiis potiri. Non litigantes qui victoriā. Non qui longā vitā & p̄ſertim ſenes. Non baccalarii qui primū locum in licentiis. Non quicūq; poſtremo dignitatem vel ꝓmodū aut aliud temporale quodcūq; ſperant chriſtiane perfectionis habent ſpem. Nichil horum dn̄e ſpero: ſed ſolam meorū veniam criminū & gratiam qua tibi placeam in p̄ſenti: & finaliter qua frui merear in futuro. Vbi ꝟo & quando ſit ſperandum iam ſupra diximus ꝙ in celo: & poſt mortē retribuetur chriſtiano bonum iuſte ſperatum quod nobis benedictus ineternum cōcedat Chriſtus. AMEN.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Ꝙ perfectio chriſtiane perfectionis eſt charitas.




IAm dicto ꝙ fides ſit xp̄iane fidei fundamētū & quomodo ſpes erigit edificium: nunc reſtat videre quomodo caritas ponat cooperimentū. Caritas ſiquidem ſm Apoſtolum eſt finis precepti & cōſūmatio legis ſm quod dicitur ī euāgelio. In dilectione dei & proximi vniuerſā pendere legē & prophetas. Ꝙobrem omnis xp̄iana perfectio ſm menſuram ſumitur caritatis. ſed & multitudinē peccatorū nō auſteritas/nō humilitas/nō caſtitas/nō patiētia/nō liberalitas operit. ſed caritas magdalene peccatrici nōniſi quia dilexit multum. Dimiſſa ergo ſunt peccata multa lu. vii. Igitur nō qui auſteriorē ieiuniis ducit vitam nō qui abiectiore ſe induit habitu. Nō q̧ pecuniā acrius deteſtatur. Nō qui obſcuriore ſe locello recludit. Non qui deſerti remotiora inhabitat loca. Non qui riſum ſeueritate cohibet acriore. Non qui cerimoniis vigilanti⁹ obſeruandis incumbit. Non qui deuotiore in eccleſia canit ſono. Nō qui in choro mortificatiorem oſtendit modum. Non qui femīarum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deſpectius abiicit contuberniū. Non qui prolixiores in ſtallo vel alibi continuat orationes. Nō qui rigidiore ſubditos corripit diſciplina Non qui ſeuerius aliena vicia reprehendit. Non qui maiore predicationis fama fulget in populo. Non qui ferrea etiā corda gratia verborum emolit. Non qui cilicio carnē macerat rudiore. Non qui arctiore ſeipſū abſtinētia dānat. Non qui longius hominū cōſortia vitat. Non qui crebriore corpus atterit flagello. Nō qui pauperiore ſuppellectile contētatur. Non qui triſti & aſſidua mortis afficitur meditatione. Non qui liberalius elemoſinas effundit in pauperes. Non qui fūdandis conuētibus & monaſteriis pecuniam largius donat. Nō qui miraculorum clarius pollet gloria. Sed qui maiorē in deum & proximū habet caritatem altioris accipit brauiū ſanctitatis. Hec eſt excellentior illa quā paulus inſinuat dicens .i.corꝝ.xii. excellentiorē viam demonſtro vobis ſcilicet caritatis. ſola enim caritate ſpirituū ponderatur domin⁹ om̄es appendit/ pōderat/ & mēſurat. ❡ De quaquidē caritate perfectionis xp̄iane tria per ordinē ſūt videnda. videlicet habitus diſtinctio. actus demōſtratio. & ꝑfectus extēſio. Habitus etenī caritatis diſtinctionem accipim⁹ triplicem videlicet naturalē/ acquiſitum/ & infuſum. Naturalem puto cunctis hominibus/ modo feralē non induerint naturam Innatum dilectionis habitum. Nec hominū cenſendos numero: qui dilectione in ceteros careant. Nempe & brutis ineſſe videtur a natura ſemen amoris. Nam & ſeinuicē quandoq; adiuuāt/ & letis quibuſdam luſibus amicitie mutue demōſtrāt ſigna. leonum feralis illa natura ī auxilium mutue ſocietatis aſſurgit. Sed & crudelis lamia dilectiōis vi ſupata lactat catulos ſuos. tre. 4. Serpentum coitu declaratur amor. lupos nōniſi dilectio cogit in vnum. Canum vero incōparabilis eſt ad heros amicitia. nō ꝙ inter hominē & brutum eſſe amicitia proprie poſſit. Mularū quoq; ea eſt conditio vt perſepe viſos/ licet ſteriles ipſe equos diligant. nec laborioſū habeant iter. quod amatus precedat equus. breuiter non fuerit vllū genus brutorum qd̄ aliquo mō innatū nō demōſtret amorē. Si igitur brutꝭ naturaliter amor ineſt: proculdubio & hominib⁹ inerit. dignior ſiquidem eſt hominū conditio q̄ brutorum. Non eſt autem dubiū pre ceteris digniſſimā eſſe amoris paſſionem. Inerit igitur amplior digniori. nec puto differre cordium humanoꝝ dignitatem alia pluſq̄ amoris differētia. Sicut enim vim brachii emittentis ictus denotat emiſſe ſagitte: ſic cordis generoſitatem ſola vis pandit amoris. Nobilioris igitur animi ſignū eſt plus habere caritatis. poſſeq; plus diligere. Sed non ad perfectionē attinet xp̄ianam naturalis illa dilectio. licet non tamē aduerſetur. Greg. teſte. nō enim aduerſū eſſe pōt perfectio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ni quodcūqꝫ homini natura in bonū conceſſit. Sed & que in malū vi-
dentur tendere naturalia. neq̄q̄ culpabilia eſſe poſſūt. donec acceptati
one voluntatis peccatū accipiant. Indifferenter enim ſe naturalia te
nent. Sunt igitur qui naturali quodam profluuio facile dilectionē ex-
hibeant. quibus licet generoſi animi teſtimoniū illa dilectio conferat
nichilominꝰ pfectionis xp̄iane argumentū nō demōſtrat. Nā & ſtu-
pratores & blaſphemi tales eſſe pn̄t. Ad huiuſmodi dilectiōis habi
tum pertinet illa que parentum ad filios miſericordiū in miſeros na
turaliter / & conſimilium eſt dilectio. Eſt enim naturals in filios parē
tum amor quem nullus exuperat. C. de cura. fu. l. cum furioſus. Simi
lium quoqꝫ frequēs eſt dilectio. qm̄ omne ſimile diligit ſibi ſimile. mi
ſeratio quoqꝫ de vtero matris dicitur cū homine progredi. Iob. xxxi.
Non igitur quicūqꝫ in miſericordiā proni ſunt pfectionis xp̄iane cul-
men attingunt. qm̄ naturali poteſt illa exurgere caritas ſcaturigine.
Nec tamē abſqꝫ miſericordia pfectio haberi xp̄iana poteſt. qm̄ teſte
Iero. 86. di. qui clementiā non habet / q̄uis ſit ſpūalis non implet legē
xp̄i. qm̄ verus cultus xp̄ianorū eſt adiuuare pauperes & poſitos in ne
ceſſitate C. de epi. au. l. i. qm̄ ad hec infuſa deſup impellit caritas. di-
cente xp̄i dilecto iohanne. i. Ioh. iii. Si quis dixerit ſe deum diligere.
& clauſerit viſcera ſua ſuper fratrem ſuum quem videt indigentiam
pati. quō caritas dei ī eo eſſe poteſt? Nam proximi caritas ab ea qua
deum diligimus deriuatur. Idcirco enim diligo proximū qa ſcio hoc
deum velle quem amo. ¶ Acquiſitus autem ille eſt habitus caritatꝭ
quo vel ob virtutem. vel ob voluptatē vel ob lucrum. ſeu ꝯmodū pro
prium / diligimus hominem: quēquidē amorem dicimꝰ concupiſcē-
tie. & is quidem ad chriſtianam minime attinet perfectionem quin
& aduerſari vt plurimum ſolet. qm̄ amor huius mundi inimicitiam
parit dei. Vix enim reperietur qui proprio iuſte afficiatur cōmodo.
trahit enim facile extra metas rationis & iuſticie proprii commodi
deſiderium. Ad voluptates ſiquidem & lucrum ſemper inordinatū
eſſe hominis deſiderium ſolet. Sed & virtuoſos quandoqꝫ viros vltra
quā par ſit adamamus. Quodcūqꝫ autem inordinate diligimus di-
uine contrariatur caritati. Minus tamen habet vicii: quod inordi-
nate tendimus ad hominem virtutis intuitu q̄ quod voluptatis aut
lucri cauſa limites excedit iuſticie deſiderium. Ob virtutem quippe
homines diligendos rationalis dictat humanitas. Nec poſſe virtu-
oſum cenſeri: qui alienas non amet virtutes. q̄obrem etiam nullo in-
teruenieute beneficio: virtuoſus erit amandus. Sed neqꝫ fieri omni-
no poteſt vt non beneficus ſaltim exemplo / virtuoſus inueniatur.
Preſtat enim bene viuendi formam / atqꝫ ad virtutem prouocat faci

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

le animos. Et nunc rari ſunt qui ob virtutem ſimpliciter diligant &
diligantur. quoniā ſepius laudatur peccator. & iniquus benedicitur
p̄s. 9. Eſa. lix. qui autem recedit a malo prede patet. & omnes qui pie
volunt in xp̄o viuere pſecutionem patiuntur. Mundus eni quod ſu=
um eſt diligit. i. Io. ii. Sua eſt autem omnis malignitas qm̄ totus in
maligno poſitus eſt. Non igitur amat contrariam ſibi virtutē. Om=
nis autem virtuoſus contrarius eſt mundi operibus. q̄obrem grauis
eſt illi etiam ad videndum. Sap. ii. Non eſt itaq; probitatis argumē=
tum amari ab improbis. qm̄ vix aduerſarium quis vnq̄ diligit / & pre
ſertim improbus. qui non ea ducitur caritatis perfectiōe vt etiam di=
ligat emulos. que ſm Aug. eſt optimorum conditio. Cum igitur peſ
ſimis hominibus abundet mundus non miror raros eſſe virtuoſorū
amatores. Eſt autē eligibilior vnius virtuoſi & boni amicitia: q̄ mil=
le malorum. Sed neq; diuturna flagitioſorū eſſe amicitia poteſt / ſiue
inter eoſdem ſiue ad bonos referatur. qm̄ inter ſe quidem ſemper diſ
ſident facinoroſi homines. Ita vt quos nūc ſimul accūbentes videris
mox verbis & gladiis rixantes inſpicias. Neq; enim alter alterū ſed
ſeipſum quiſq; diligit nec vltra valet amicitia q̄ quiſq; ſibi eam repu=
tat profuturam. Si autem inter bonum & impium ſit amicitia: dura
re non poteſt. qm̄ nec probus improbi. nec improbus probi conditio=
nes diu tollerabit. Virtuoſi igitur raros habere amicos ſolet: qm̄ nō
facile inueniūt quib⁹ digne amorē cōmendent ſuū. Non ſunt tamen
indiligibiles virtuoſi qui raros habent amicos. ſed deſint qui digne
ipſorum amicitiā promereātur. qua pleni ſunt. ego autē preponendū
puto ꝟtuoſum qui amicis / q̄ abundanti amicorum multitudine qui
virtutibus careat. Quicūq; igit̄ amicū acquiſiuit optimū haud iuti=
lem pegit vitam. fortaſſe magnū aliquid effecerit qui toto vite ſue
decurſu alicubi dignum cōparauit amicū. Non eſt comparatio ad fi=
delē amicū. Eccl̄i. vi. diuitias quidē & honores facile multi pararunt
ſed fidelem amicū difficile quiſpiā adinuenit. Non ſūt autem ob ſciē
tiā vel induſtriā ſeu corporis vires virtuoſi homines cenſendi / licet
cō muni abutantur virtutis vocabulo. virtuoſi vere illi ſunt qui bono
& iuſto reguntur animo. quib⁹ omne vicium abhominabile ſola ani
mi virtus amabilis eſt. horum itaq; dico habitum dilectionis acqui=
ſitū. qm̄ nōniſi cognitum ad extra quis hominē diligit. porro accidit
illi talē acquiſiſſe quē diligat. Ob voluptates autem diligunt maſcu=
li femīas & femīe maſculos / & fortaſſe vtriuſq; ſex⁹ eadē eſt ob volu=
ptatē dilectio. Nā & maſculi maſculos. & femīe feīas fedo proſequū
tur amore: quod adeo turpe ē / vt recēſeri indignū videat̄. Et licet for=
tiſſima ſit ex voluptatib⁹ orta dilectio / ſiquidē omnē dom⁹ ſue ſubſtā

tiam homo dabit huius dilectionis gratia/nunq̃ tñ ad xpiane perfectionis accedit modũ. Longe eteñ ab ea que dei eſt/dilectio differt. Et eorum quidẽ qui voluptatũ cauſa mutuã habent dilectionẽ/nulla eſt caritas: ſed odium maximum/qm̃ qui diligit iniquitatem odit animã ſuam. ps. x. Q̃uo enim amor dici poteſt quo quis voluptatis ſue gratia/conſortis ac propriam vult dãnationem? dixit tñ piſiſtratus excuſando traſibolũ ſue filie amatorem cui mater ſuccenſebat/ ſi nos amantes inquit oderimus/quid faciem⁹ hiis qui nos oderunt.

❡ Nec modo carnaliũ eſt delectationum voluptas: ſed etiam pecuniarum: iocaliũ: veſtimentorũ: equorum: domorũ: ſuppellectilis: auium/ & inſtrumentorũ. Sunt eñi nõnulli ſolo pecuniaꝝ aſpectu & tactu voluptatem recipientes maximã: quoniam fului ſpecie metalli exardeſcunt eiuſdem amore. In cuius ſpecie ſm ſapientem. Eccli. 31. Facta eſt perditio multorũ. Si autẽ aurum vel argentũ nunq̃ vidiſſent/nunq̃ illius amore flagraſſent. q̃obrem ſanct⁹ pater noſter Franciſcus pecuniarũ tactũ fratrib⁹ ſuis q̃tum potuit haud iniuria vetuit. Auari ſiquidẽ gratius intuẽtur aurum q̃ ſolem. di. 47. ſicut hii quib⁹ carior eſt pecunia q̃ vita. Sed mirum certe inſenſibiliũ tanto rapi deſiderio. Siquidẽ gratior eſt auicule cantus q̃ pecunie tactus. plures tñ hunc illi preponere preſto eſſent. Alii iocalib⁹ & precioſis lapidibus inſpiciendis ſummam excipiũt voluptatem. ſolo delectati fulgore. Et mirum certe tanti facere res ad nichilum vtiles niſi ad inanem aſpectum. Nonne ſolis aut ſtellarum maior eſt ſplendor q̃ lapidũ? Et ſolis quidem gratis liberum habemus intuitum/nec eſt dulcius aliquid in vita hominis q̃ ſolis lucem aſpicere. Eccl'es pe. lapidum vero cariſſima & multo precio cõparabilis eſt viſionis oblectatio. Sed ea eſt hoim iuſticia vt ſemp id auidius appetãt: qđ difficilius & carius habet. que autẽ facile habent (licet optime ſint res) nũq̃ eam pſtant animo delectationem neq; comparatione difficilium eſtimant. quo fit vt ſerui furtim raptũ dñi vinum (licet inſipidius) tamen quia difficile habetur melius arbitrentur: & auidius bibant. Sunt etiam nõnulli maxima veſtimentorum affecti voluptate/ quorum reor effeminatum eſſe aim. Nunq̃ eñi vir bonus & virtute predit⁹ affectu veſtium oblectabitur. Eſt eñi altius illi cor q̃ vt vili pannorũ gloria delectetur. feminis excuſabile hoc eſt vitium.

❡ Equorum autẽ nõnulli nobilioris animi hoĩes affectu detinentur & auiũ: ſed nõ licet pl⁹ equo beſtias diligere/quas neq̃q̃ caritate vnq̃ diligim⁹. Nõ eñi ꝑpter beſtias: ſed ꝑpter obſequiũ qđ preſtãt/amorẽ in eis figim⁹. Vñ ſtolide vident agere qui ad beſtias/ideſt equos aut mulas ſuam cõparãt vitam: vt qui ſepe ne beſtias grauẽt: ſeipos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

grauiore dãnant pena. Non eſt autẽ natus homo vt beſtiis ſeruiat. ſed vt illi beſtie obſequiũ preſtent. Nam philippus macedo cũ detineri beſtiarum gratia cognouiſſet excercitum / dixit. que queſo eſt vita noſtra ſi ad beſtias ꝯparetur? Non tamen reiecta omni ratiõis mẽſura grauãda ſunt animalia. qm̄ dicit ſapiens. animalia ſunt tibi: attẽde illis. Neq; enim niſi nutriantur & modeſte regantur: ſeruire diu homini beſtie poterunt. Eſt tamẽ ea culpanda fatuitas qua pluſq̄ deceat / beſtiam homo appreciatur. Et perſepe accidit vt aliquid accidat incõmodi (plus debito) dilectis beſtiis. Prudẽs autẽ homo nũq̄ oblatum ſuperexcellẽter beſtie cuiuſlibet recuſabit precium. niſi tali vt ea neq̄at carere / detineat̃ neceſſitate. Quecũq; igit̃ ob voluptatẽ amant̃ caritatis nullã habent rõnẽ: neq; ad perfectiõis xpiane culmẽ attingũt. Ob lucrũ ꝟo plures & diligũt̃ & diligũt. & horũ quidẽ mercẽnaria dicit̃ amicitia. qm̄ interueniẽte pecunia res ad locationẽ potius tendit q̄ ad amorẽ. Sed nõ ex caritate diligũt q lucrũ attendũt / qm̄ nõ amicũ. ſed ſeipſũ poti⁹ diligit q diligit propter lucrũ. Sic p̄ncipem curiales diligunt & ſerui dominũ. quẽ mortuũ nõ alia deplorãt ratione niſi qa multũ ſe autumant p̄didiſſe. Igitur nõ illius cauſa deplorant dominũ: ſed ſui. Et modernis quippe temporibus videt̃ omniũ hominũ dilectio ſolum ſpectare lucrũ. nec plus valere amicitiã: q̄ lucri ſpem. Et hoc amore diligunt meretrices quoſdam diuites homines. licet criſpa deformes exiſtãt ruga. licet fetidum oleãt anhelitum. licet horridum p̄ſeferãt aſpectum. quin & vxores quedam iuniores nõ alia de cauſa ſeniores delitiant̃ viros. quos & ad freqũetes ĩuitant coitus / vt acceleratam ſubeant mortẽ / ſpe dotis future melioris & vt partas (breui ſenis cõtubernio mariti) opes: iunioris matrimonio delectare cõſumant. Sũt pleriq; alii (menſe tm̄modo gratia) fingentes amicitiam. de quibus loquitur Sapiens. Eccli. xxxvii. Eſt amicus ſocius mẽſe. & nõ permanebit in die tribulatiõis. Nulla ob lucrũ diligẽtibus eſt adhibenda fides. qm̄ vbi ſpe maioris aliciient̃ lucri: facile amicũ deſerẽt. quoquidem modo ſepe milites principem deſerunt / vt alterius largiorem accipiant ãnonã. Nũq̄ cõfidas ei qui mero innititur lucro. Sũt nichilominus qui lucri gratia ſeruiũt. fideles hero ſuo homines / quos non in affectũ tranſiſſe oportet auaricie hii enim ſuis cõtenti ſũt ſtipendiis. Eſt autem alius habitus caritatꝭ infuſus: & hic a deo eſt. quo modo proſper caritatem diffinit dicẽs de pe. di. ii. Caritas eſt (vt michi videt̃) recta volũtas ab omnibus terrenis atq; preſẽtib⁹ prorſus auerſa. Iũcta vero deo inſepabiliter. & igne quodã a quo eſt & ad quem refert̃ incẽſa / coĩquinamẽti omnis extranea / corruptiõis neſcia / ſuper omnia que carnaliter diligũtur excelſa

diuine cōtemplatiōis auida/affectionū omniū potētiſſima. nullo vi-tio mutabilitatis obnoxia. In omnibus ſemper iuncta ſūma bona-rum actionū. ſalus morum finis celeſtiū p̄ceptorum. mors criminū: vita virtutum/ virtus pugnātiū. palma victorū. anima ſanctarū mē tiū. cauſa meritorū bonoꝝ. premiū pfectorū. ſine qua nullus deo pla-cuit. cum qua nullus vnq̄ peccauit nec peccare poterit. fructuoſa in pe nitentibus. leta in proficiētibus. glorioſa in pſeuerantib⁹. victorioſa in martiribus. operoſa in omnib⁹ omnino fidelibus. ex qua quicquid eſt boni operis viuet. Cum itaq; ſupnaturales habeat huiuſmodi ca-ritas operatiōes vt ē a terrenis animū abſtrahere. & ad celeſtiū amo rem eleuare. cōſtat ſupnaturaliter infundi eam homini. vnde aplus dicit caritatem eſſe diffuſam in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctū qui datus eſt nobis. Ro. v. ℂ An vero caritas idem ſit quod gratia gratum faciens: nō nulli aſſerūt nichil alterū ab altero differre niſi re latiōe: & quia caritas determinat actum volūtatis ad aliquid diligē dum. Aliqui vero volūt caritatem ſupaddere habitum quo in actū diligendi quis facile exit. Eſt enim excellētiſſimū inter dona dei/ ca-ritas ſm Aug. & mater omniū virtutum teſte Ambro. qa ceteras ī-format virtutes. q̄obrem dici poteſt omnis virtus. eo ꝙ a forma fiāt denominatiōes. Itaq; facile videtur caritas id addere vltra gratiam ꝙ gratia virtutum actiones gratificat. Ipſa vero caritas virtutes ip-ſas informat. Illa in vniuerſali incitat ad bonū/hec in particulari mo uet ad actum. ſed nūq̄ alterum abſq; altero eſt. comitātur enim ſe in-uicem ſicut potentia viſiua. & ipſa viſio ſicut virt⁹ pfecta & operatio eius: ſicut bona volūtas. & volitio eius. ℂ An vero augeri poſſit ca-ritas: doctores determināt abſq; dubio augeri ſubſtantiā eius. quod Auguſtini dicto innititur vbi dicit mereri caritatē augeri. & auctā pfici. ratiōnē allegant. qm̄ nulli viatori/data eſt caritas ſūma. Alias enim xp̄o compari omnes facile poſſent. Creſcere igitur vſq; ad pfe-ctam diem neceſſe eſt caritatis lucem. Pro. 4. Et hoc quidē augmen tum nōmodo intelligitur ſm feruorem ſed etiam ſm ſubſtātiā. Nā ſi magnitudo premii eſſentialis correſpondet q̄titati caritatis. Opor-tet magnitudinē ipſius caritatis ſecūdum ſubſtantiā/& nō ſecūdum feruorē tātum cōſiderare. quia nō eſt digna accidētis ad ſubſtātiam correſpondētia. ſed ſubſtātie ad ſubſtantiam/& accidētis ad accidēs. habet autem accidentis ratiōnē feruor. ſed nō eſt dubium maiorita tem & minoritatem caritatis beatoꝝ qua velut maioris & minoris claritatis ſtelle differūt. i. coꝝ. xv. in ppetuas eternitates. Dan. xii. nō ſecūdum feruorem ſed ſm ſubſtantiam ſumi. Item ipſorū cōprehen-ſorum & viatorū differre caritatē nō ſm feruorem ſed ſm ſubſtantiā

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

clarum eſt. Eiuſdem tamē ſpeciei & habitus vtrorūqȝ eſt caritas / ni-
chil niſi maioritate & minoritate differens / perfici ſiquidem oportet
viatorum caritatem vſqȝ ad cōprehēſorꝝ equalitatem nō quidē omi-
modam & vniformē omniū / diuerſis eteni caritatis inter ſe ipſi etiā
beati diſtinguūt gradibus. Hanc igit̄ perfectionē ſiue augmētū ꝓcul-
dubio ſm eam oportet fieri rationem qua vtrorumqȝ caritas & con-
uenit & differt. Eſt autem huiuſmodi differentia & conueniētia ſm
ſubſtātiam ꝗobrem neceſſe erit ſubſtātifice augeri caritatē. Non eni
euacuabitur in patria iſte habitus caritatis quē habem⁹ in via / ꝗa ca
ritas nūq̄ excidit. i. corꝝ. xiii. ſed perficietur: nulla ꝓexiſtētis facta cor
ruptione. quod ſcotus ſubtiliſſime tractat. li. i. di. xvii. Quod autem
in contrariū adducitur / ꝙ omnis forma inuariabili conſiſtit eſſentia.
Cū igitur caritas ſit forma non videtur augmētum recipere ſm ſub-
ſtantiā eo ꝙ per augmentū videtur forma variari. qm̄ quodcūqȝ auge
tur mutatiōi ſubiacet: veritatem habet ſm dn̄m Bo. de forma vni-
uerſali. & de ꝑticulari in ſe cōſiderata / ſed nō ꝯſiderata in alio: hoc eſt
dicere ꝙ caritas cōſiderata vniuerſaliter prout eſt in deo & in omni-
bus angelis & hominib⁹ non poteſt augeri nec minui. quia ſic cōſide
ratur ſm totalem ſui rationē que quia ꝑfecta eſt / non recipit adiectio
nem. q̄dcūqȝ enim ꝑfectiſſimū eſt adiectionē nō admittit. Singulari
ter etiam in ſe ꝯſiderata caritas non variat̄ ꝗa nō habet in ſemetipſa
viciſſitudinē / cum ſit ſimpliciſſima: prout tamē in homine ꝯſideratur
augeri poteſt & minui eo ꝙ menſuretur ad hoīs voluntatē que inten
ſius remiſſius ve actum ſuū extendit. Sed argues ex hoc videri cari-
tatis augmentum nōniſi ſm feruorem fieri. quia intenſio & remiſſio
nōniſi feruoris videntur habere differētiā. Dicēdum nō attēdi hic ſo
lam potentie volitiue actū elicientis rationē. qm̄ oportet ab habitu
caritatis elici illū actum. quiquidē habitus in ſe ſubſtātie habet ratio
nem / licet cōmēſuretur ad ipſum voluntatis cui ineſt motū. que eſt
ratio quare in altera conſiderata poteſt augeri. nō aūt in ſeipſa. quia
nō ſubiectiue mutatur. Non enim poteſt forma ſubiectū eſſe trāſmu
tatiōis. quia nō manet ſicut materia ſub forma / vel ſicut ſubiectū vni
us indiuidui. quod trāſferri poſſit de vno ad aliud. ¶ An vero mute
tur ſpecies per additionē caritatis? Reſpōdet ſcotus mutari ſpeciem
ſi quod additur / habeat quidditatis rationē. que ſpeciē ꝯſtituit. Si ve-
ro nō additur ſub rōne quidditatis. nō mutat ſpeciē. Omnis autē con
ditio indiuidualis addita nature ſpecifice nō additur ſibi ſm rationē
quidditatiuā. Ita vt determinet ipſam naturā ꝗobrem nō variat ſpe-
ciem quidditatis cui additur ¶ Eſt autem notandū ꝙ cū habitu cari
tatis infuſo ſtat aliquis habitus acquiſitus. Non enim repugnat ha-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bentē caritatē infuſam p frequentes diligēdi actus. facilitatē acqſiſſe ipſius actus elicitiōis. Sicut nō repugnat cum habitu fidei infuſe/ſtare habitum acquiſitū per ſcripturarū & doctorū eruditionē. Sed non variatur habitus infuſus neq̧ viciatur. ſicut viciari poteſt acquiſitus/ quia quodcūq̧ naturaliter acquiritur/naturaliter quoq̧ ammitti poteſt. Quod autem ſupernaturaliter infunditur vitiari nunq̄ poteſt: quia ſtabili innititur fūdamento in quo nō eſt trāſmutatio nec viciſſitudinis obūbratio. Iac. i. Stemus ergo radicati in caritate & fūdati vt poſſimus cōprehendere cū omnibus ſanctis que ſit longitudo eternitatis/de qua dicitur. p̄s. 90. lōgitudine dierū adimplebo eū/ que ſit latitudo liberalitatis ſeu bonitat( que eſt infinita / que ſit ſublimitas maieſtatis q̄a excelſus eſt dn̄s ſuper omnes deos. p̄s. 98. & que ſit profūditas ſapiētie & eq̄tatis q̄a iudicia dei abyſſus multa. p̄s. 35. ¶ Secundo habemus videre caritatis actum demōſtratiuū. qui cōſiſtit in interioribus & exterioribus. Interior autē caritatis actus eſt ipſa dei dilectio & proximi/licet nō eque diligēdus ſit proxim⁹ ac deus. Deū enim precipimur toto corde/toto aīo/ tota virtute/ & ex oīb⁹ virib⁹ diligere: proximū autem ſicut noſmetipſos: diliges inquit dn̄m deū tuum ex toto corde tuo/& ex tota anima tua. & ex omni mente tua. & ex oībus viribus tuis. & proximū tuū ſicut teipſū. Hoc intelligo ſm rationem diligibilitatis ī eo exiſtentis ī quo mādato tua lex pēdet. Matthei. xxii. ¶ Quomodo autem implere hoc caritatis p̄ceptum teneatur xp̄ianus homo/a noſtro nō diſcōueniet tractatu. qm̄ per actum caritatis xp̄iana ſe pandit p̄fectio. nec eſt aliud magis xp̄iano neceſſarium q̄ caritatis preceptū. ¶ Queſtio inter doc. eſt coīs an diligere poſſit viator deum ſecūdū illius precepti formā. Et qui dicūt nō poſſe impleri in via mādatum/arguūt impoſſibilitatem ob noſtre infirmitatem nature. Impoſſibile eſt autem aīam nō reflecti ad corporis dilectionem quod informat / ſed tendere tota virtute in deum/excludit omnem penitus contrariū motū. Eſt autem cōtrarius motui cordis in deum. motus cordis ad corpus. Qui vero dicunt poſſe impleri preceptū allegant nō eſſe impoſſibile hominē aliquando ſic fieri in deū affectu. vt nullius ſit memor q̄ dei. Hanc queſtionē ſic terminare ſolent. q̧ tripliciter intelligi poteſt quis deū toto corde diligere. Primo modo cum actuali ſemper in eum fertur amore. ſecluſo penitus omni mentis impedimēto. & hoc quidē modo viator ſemper implere nō poteſt. Dico ſemp. quia nō nūq̄ aliquibus poteſt ad tempus huiuſmodi dilectionis gratia dari. Quibus enī in oratione tanta ſuperuenit gratie plenitudo. vt totis viſceribus deo cupiāt adherere/ ſentiūtq̧ cor interius nimia perfuſū caritate/penitus aperi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ri: ita vt nihil penitus niſi deum cogitent atq̄ deſiderẽt / quorũ deus pleniſſime poſſidet in circuitu mentes / nulli dubium quin pro eo ſaltem tẽpore deũ toto diligant affectu. Sed regulariter hoc nõ accidit: etiã ipſis iuſtiſſimis viris. Igitur nõ poſſe regulariter ĩpleri preceptũ dicimus. Sed nec eſt poſſibile in tali dilectionis actu: hoĩem diu perſiſtere. ſcio ꝙ talis animi exceſſus adeo potẽtias extenuat aĩales / ob intenſionẽ ſpũalium / vt ĩpoſſibile ſit diu abſq̄ morte in tali actu permanere. Sed q̃ felix qui tali in contẽplatione & mentis exceſſu ſpm̃ deo reddere dignus haberetur. Non ambigo tũc recto ad eum tẽdere terminũ / ideſt deũ / quem ſolũ conſiderat: imo cui iam pleno adheſit affectu. ¶ Scd̃o modo dicitur quis deũ toto corde diligere ſi diuini amoris gr̃a facit quecũq̄ intelligit deo grata & ſibi poſſibilia: quo quidẽ modo ſancti martyres videnť deũ dilexiſſe: qm̃ maiorẽ hac dilectionem nemo habet vt aĩam ſuã ponat qs pro amico. Ioh.xv. Ad quẽquidẽ dilectionis modũ nõ ſic obligať vt mortẽ querat quõ ſãcti noſtri ordinis quiq̄ q̃ſierũt: ſed propoſitã ſub diuine offẽſionis ꝯditione / nõ refugiat. qđ Aug. in ſermone beati laurẽtii ſup euangelio clariſſime tractat. Hoc etiã modo diligũt deũ qui reiectis oĩbus q̃ retrahere ab diuino amore aĩm poſſunt / actibus diuine dilectionis ſeſe voluntarie dedũt vt boni religioſi q renũciantes oĩbus que poſſident xp̄m imitanť nihil curãtes preter deũ. xii.q.i. cui portio. quẽ in ſuam recipiunt portionẽ dicentes. Portio mea es tu dñe in terra viuentiũ. p̄s.cxli. Non aũt obligatoriꝰ eſt hic dilectiõis modꝰ: poſſibilis tñ homini eſt: q̃ ob cãm non pñt q diuitiis referti ſũt & bñficiis gaudẽt eccleſie (q̃tũcũq̄ deuoti videanť) amoris ſui perfectionẽ illi (quem religioſi demonſtrarũt) cõparare. Si eni eque vehemẽter diligerent deũ vt religioſi profecto ĩpedimenta q̃libet diuini amoris & eterne ſpeculationis auferrẽt: ſed nõ vſq̄ adeo diligũt / vt ſolo fruentes deo rebꝰ ceteris oĩbus carere velint. Niſi fortaſſe ſincero xp̄i ouiũ amore / detineanť vt Petrus cui dixit dominus. Si amas me: paſce oues meas.

¶ Tertio mõ diciť quis deũ ex toto corde diligere: ſi q̃libet diuino amori ꝯtraria deteſteť: & hoc mõ poſſibile & obligatoriũ eſt hoĩ deũ ex toto corde diligere. Et hec quidẽ dilectio diciť habitualis: quia nichil homo ꝯtrarians diuĩe dilectioni retinet / q̃ minus in actum exire (ſi oporteat) poſſit. Neq̄ enĩ iuſtus dormiẽs actualiter deum diligit ſed habitualiter. hoc eſt deum ſuper oĩa appreciari: nichil contra illius preceptum velle: nichil illi aduerſum deſiderare. quecũq̄ obligationis ſunt perficere: quoquidem modo reor multos etiam ſeculares perſonas adimplere mandatum de dilectione dei. Hoc autem includit potius quelibet mala pati q̃ offendere deum.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ An vero intenſiore ſit deus dilectione ꝙ om̄is creatura diligend⁹ neceſſario / queri poteſt. Cui queſtioni doct. theologi reſpondēt non neceſſario debere hoīem intenſius diligere deū q̄ creaturam: ſed pre cioſius. Intenſiue quidem quia poteſt homo frequentius cogitare & intenſius diligere creaturā: ſed appreciatiue plus tenet deum q̄ crea- turam amare: vt ſi accidat caſus quo neceſſe ſit aut offendere creato- rem vel creaturam anteponatur creature creator. Non eſt autē in ho minis poteſtate intenſius deum q̄ creaturam diligere: ſed appreciari plus deū q̄ creaturam in libera eſt eius facultate quare ad vnum: nō autem ad aliud obligatur.

¶ An vero cuiuſuis creature dilectio repugnet debito ſm preceptū diuino amori. Dicendū ꝙ tripliciter poſſunt alia ab ipſo deo diligi. videlicet Aut propter ipſum & in ipſo: & ſic nō modo non repugnat immo meritoriū eſt atq; neceſſarium hoc enī modo proximi debita eſt dilectio / in deo ſiquidem amicos (teſte Greg.) & propter deū ini micos amamus. Et hic quidem amor ſpūalium ſolet eſſe perſonarū qui tamen facile inter viros & feminas carnalitatis poſtmodum ad- mixtione vitiat. Nam licet prima dilectiōis initia ſinceris orta ſint ſpiritibus / & puro meauerint diuine caritatis intuitu: nichilominus ipſa familiaris cōuerſatio (& verborū) licet ſpiritualiū / gratia in mu tua ſilenter corda delectationem infundit. Cūq; mutuis delectantur aſpectibus: & longioribus ſeſe colloquiis innectunt paulatim carna- lis flare incipit amor. qui niſi ſubito cōprimatur / in vehementiorem ſemper proſilit flammā / donec totius ſpūalitatis exurat fundamen- tum. Nec eſt ali⁹ vehemētior q̄ perſonarū ſpūaliū deuotiōnis ardor.

¶ Secundo poteſt quis creaturam diligere cū deo (citra tñ dei offen ſam) quod nulli prohibitū eſt. Attamen ſm Aug. minus deū amat qui ſecum aliquid amat. Et hoc quidem modo diligunt vxores & fi lii: & ſeinuicem quicūq; amici. Nam licet creatura ſit extranea: non tamen hoc modo eſt contraria deo.

¶ Tertio modo poteſt quis creaturam amare contra deum: prout diligunt qui plus creaturā q̄ deum appreciantur & hoc nullomodo li cet. Hoc modo diligit ſuperbus dignitates: & ambitioſus honores: auarus diuitias: iracundus vltionem: & luxurioſus voluptates. quo- rum omniū rerum gratia offendere nō verentur deum. Et hiis quidē creature dei in odium facte ſunt: & ī muſcipula pedibus inſipientiū. Sapien. xiiii. ¶ Siquidem tripliciter offendūt homines deū ſcilicet Aut proprio affectu: aut timore: aut alterius perſone gratia. Propo affectu offendūt / qui nullo inſtigāte niſi voluntate propria / peccata cōmittunt: & horum grauior eſt offenſa: nōnulli vero timentes tē-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

porale damnū incurrunt eternū: qđ ab inordinato ſuiipſius amore ꝓcedit. Eteni primi qui propria voluntate peccant nō aliunde peccati ſumunt originē niſi quia ſeipſos plus amant q̄ deū: & qui peccant ex timore eandē peccati habent rōnem. Timent enī ſibi damnū inferri in eo quod plus amant q̄ deum. Nam ſi deū pluſq̄ ſeipſos diligerēt/ nequaq̄ pctm̄ timore damni cōmitterent. Minus tn̄ offendūt qui timore q̄ qui ꝓprio affectu peccant: eo ꝙ minorē habeant peccādi voluntatem/voluntate ſiquidē maleficia diſtinguūtur. extra de ſen. ex cō. cū volūtate. Excuſat ſiquidē timor non a toto: ſed a tanto.

¶ Alterius autē perſone gratia nōnulli perſepe peccant: vt qui nephas cōmittunt ſatis inniti ne grām impantis amittāt: & hii grauiter peccant qm̄ amorē & grām creature preponūt grē creatoris/ q̄uo ſepe curiales & ſeruitores deū offendūt/ vt principi placeāt. Horum oſſa qui ſic hoībus placent deus diſſipabit. ps. 52. & cōfundenť: qm̄ deus ſpernit eos. Ah quotiens contraria recte rōni & dictamini proprie conſcīe ꝓferūt conſilia curiales/vt principi vel alteri placeat: quibus miſer grauať ppłus: & innocētes iniuſte oppm̄unť & mala plurima cōmittunť. Sed excuſationē afferre ſolent/ꝙ nō attēdat pnceps ſue verbis opinioni cōtrariis. q̄obrem eſſe ſūme demētie/nihil proficiendo querere principis odiū. Sed nō valet excuſatio ī pctis: quia teneris ad bonū preſtandū conſiliū ſi conſiliari⁹ es: culpa ṽo poſt modū erit prīcipis ſi neglexerit. Si autē qđ tuo cōuenit officio nō recte agis proculdubio indignū tibi conſulatus occupas locū: cede loco: & alius te viuacior forſitā occupabit. tu autē tot maleficiorū es reus: quot tui ſilentii: & vecordie cauſa ſeu malo conſilio tuo patranť. An ignorabas qn̄ ꝯſulatū ingreſſus es illius eſſe conditionis pncipes fere oms̄ vt inniti contraria ſue audiant opinioni? Ad quid ergo niſi vt reſiſteres acceſſiſti? Si autē vt cōſentires: iam particeps peccati fuiſti. Plures quoqꝫ amicitie vel ſocietatis gratia pleraqꝫ cōmittunt peccata: q̄ nequaq̄ ſua ſponte ꝯmitterent: vt qui lenocinanť amicitie cauſa: vel ad ſtuprum conſortis amore/deducunť: vel ad bibendum vltra propriam affectionem trahuntur. Et hii videntur amplius diligere perſonas quarum amore peccant q̄ ſeipſos. Quod quidem verū eſſe non poteſt: quoniam amorē illarum ad ſe referunt perſonarum. volunt enim earum amore frui. quarū vel vtilem vel delectabilem cenſent amicitiam. Et ſi hoc fieri poteſt vt quis ſimpliciter alium pluſq̄ ſeipſum diligat. oportebit hominē in amando nichil recipere: qđ eſt impoſſibile: quia nullus vnq̄ niſi delectat⁹ amore amat. Et hec quidem delectatio cauſa eſt illi⁹ amoris/qua ceſſante ceſſabit & amor. & hāc ob cauſam videbitur oms̄ hominū amor mercēnarii quandam ha-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bere rationem/talis attamen mercenarii excluditur ratio: vbi libera lis & pura voluntatis accedit exhibitio. Poteſt igitur eſſe ꝙ aliquis alterius grã quicq̃ efficiet quod ſui gratia non efficeret: nec tamen ſequitur: ergo plus diligit ſocium q̃ ſeipm̃: qm̃ poteſt fieri vt eiꝰ rei nullam ipſe habeat voluntatem: quã ſocius maxime amat. Aget igitur ſocii gratia quod non feciſſet ſuã. Oſtẽderet autem plus q̃ ſe ſocium diligere. ſi rem eque a ſe amatam ſocii gratia poſtponeret vel abnegaret. Sed qđ non placet facile ſocio concedi poteſt. Non enĩ quod alter amat idipm̃ tu amas: diligis autẽ teipm̃ in ſocio quem amas/ & cuius gratia rem tibi aĺas ingratam exequeris. Non igitur ſequit̃ ꝙ ſocium pluſq̃ ſeipſũ diligat: ſed ꝙ rem aĺas non dilectam amici gratia diligat/quam nõ niſi gratia ipſius amici facit vel acceptat. vt ſi qs rogatu amici hominẽ aĺas ſibi ingratum in obſequiũ vel amicitiam recipiat: vel ſtuprum cõmittat. In poſitiuis autem non facile comparatio fieri amoris poteſt. Sed in priuatiuis quoniam qui vult re cariſſima priuari ob gratiam amici oſtendit plus amicum q̃ rem illam diligere & pluſq̃ delectationem propriã quam ex illa percipiebat. Plures etiam ſerui vt placeant domino homicidia & alia peccata cõmittunt: aĺas eis ingrata. Non enim volenter accedũt ad mali patrationem: ſed quaſi coacti ſuperioris amore. Quicũq; igitur contra deum aliquid amant diuine dilectionis preceptum offendunt. Qui vero diuerſa queuis a deo amant: ſi ea in ipſo aut propter ipſum amãt recte amant. Si autem cum ipſo eadem amãt/licet minorari ex hoc dei dilectio videatur/ tamen licite amant/ ſecluſa tamen offenſa dei. Beatus autem qui ſic plenum cor caritate habet: vt nullus in eo adulterinis amoribus pateat locus. Impoſſibile tamẽ videtur homini nichil penitus amare cum deo.

¶ Concludendo breuiter dicimus poſſe creaturas diligi a nobis inq̃tum ſunt diuerſe a deo: ſed nõ inq̃tum contrarie ſunt deo. Nihil eſt autem deo contrariũ niſi peccatum/qm̃ oĩes creature bone ſunt. bonitate entitatiua/vidit enim deus quecumq; fecerat eſſe valde bona. Geñ. 1. Sed peccatum deus nõ fecit: igitur qui diligit iniquitatẽ odit animam ſuam. ps. 10. ¶ In exterioribus autẽ etiam cõſiſtit actus caritatis in deum. videlicet cum homo ad oĩa dei obſequia manus extendit: & quodcũq; poteſt ob dei honorem libentiſſime operatur. Hic experiri religioſus poteſt: & ab propria conſcientia exigere teſtimonium an vere deum diligat. Si nouum ſemper in dei ſeruitio habet propoſitũ: ita vt indies renouetur ſicut aquile iuuentus eius. ps. 102. Si maiore ſemꝑ afficitur ꝓficiendi deſiderio: ſi humiliꝰ obedientie colla ſubmittit: ſi promptius impata cupit implere. Si letius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

accipit correctionem: ſi feruẽtius venit ad chorum. ſi deuotius inſtat orationi: ſi cõtẽplationũ dulcedine delectatur: ſi iugiter in diuinis legibus meditatur: ſi tẽpus om̃e breuiſſimũ ad ſuũ cogitat profectũ. Si velox ad ea q̃ diuinũ concernũt honorem venit: ſi proximorũ ſalutis habet zelũ. Qui autem voti habet remiſſionẽ aut penitet vocationis/qui laſſo ad profectũ tendit deſiderio: qui obedientie inuitus ſuffert iugum: qui lentus ad imperata vadit: qui correctionem deteſtatur: qui dormitans pre tedio venit ad ecc̃liam: qui diuinis laudibus diſſolutis aſtat moribus: qui nulla vel modica orationis afficit̃ deuotione: qui cõtẽplationis vias nõ ſuffert: qui tempus omne inutiliter fundit: qui nullum ſalutis animarũ habet zelum: qui cibis potibuſq̧ petulantiſſime vacat. nequaq̃ diuino videt̃ plenus amore/ſed ꝓprie carnis odore. Secularis autem homo actibꝰ exterioribus deũ diligere tenet̃. videlicet ſollicite precepta ſeruando. venire ad ecc̃liam ſaltim dominicis diebus/quia ea die quilibet chriſtianꝰ tenetur ſub pena peccati mortalis actualem habere in deũ dilectionem: & ob hanc cauſam conſecrata eſt dies illa deo. vt abiecta oĩm rerum temporalium ſollicitudine/recollectis ſpiritibus tendamus in deum: gratias de beneficiis referentes & dignas cordis & oris laudes perſoluentes honorem preſtare parentibus/elemoſinas tam ſpũales q̃ corporales indigentibus erogare. pacem inter homĩes ponere: caritatem inter proximos incitare/ſalutem animarũ & honorem dei proprio preponere cõmodo: eccleſias tempore ſermonũ & officii frequentare: iuratores & blaſphemos in domo non tenere: amicitiam impiorum non querere/nec optare: bonos diligere: bona facta laudare: neminem deſpicere nec iudicare: om̃ia ad dei laudem conuertere: ſeruis dei libentiſſime miniſtrare: eccleſiaſticũ honorem tueri: ſanctorum reliquias venerari. In tempore proſperitatis deo laudes referre. In tempore calamitatis ad ſolum principaliter dei auxilium refugere: omnia propter deum aduerſa patienter ſuſtinere: in nullo turbari/q̃m iuſtus nõ conturbabitur firmãte dñõ manũ eius. Prouer. x. qui hec fecerit deũ ſe diligere demonſtrabit. Eſt autem dicendum que ſint perfecte caritatis obiecta/que licet ab om̃ibus doct. ampliſſime/ deſcribantur. nichilominꝰ huic quoq̧ opuſculo veniunt annotanda. In precepto autem caritatis duo tantũmodo precipiuntur: videlicet deus & proximus. Auguſtinus autem addit animã & corpus/ quod precepto nõ indiget. Eſt enim naturale vniciuq̧ ſeipſum diligere. Dicit autẽ Auguſtinus quattuor a nobis diligenda. videlicet vnum quod eſt ſupra nos/id eſt deus. vnum quod eſt circa nos/id eſt proximus. vnum intra nos/id eſt anima. & vnum ſubter nos/id eſt corpus. Hic ediſſerẽ

dum erit an parem intenſione dilectionis actum in om̃ia hec debea-
mus habere/ & manifeſtum quidem eſt ꝙ nõ⁹ qm̃ vnũquodq; tanto
ampliore dignum dilectione q̃to melius eſt & maiorem diligibilita
tis in ſe habet rõnem ipſa ratio diiudicat. Cum igitur deus om̃is bo-
ni habeat infinitatem nulli dubiũ quin ſit in infinitum amãdus. Nul
lus vnq̃ ſat[is] diligere deũ potuit. Eſt enĩ in ſe multo diligibilior q̃ poſ
ſit ab angelis & hominibus oĩbus diligi. In oĩm creaturarũ dilectio-
ne modũ ſeruare neceſſe eſt: qm̃ non ſunt plus diligẽde creature q̃ va
leant: deum vero laxat[is] animi habenis ſine modo diligere poſſum⁹
quia in infinitatem illam diſcurrimus que finẽ nõ habet ad curſum.
Diligendus itaq; eſt deus ꝑpter ſummã bonitatem: timẽdus ꝑpter
ſummã poteſtatem: appreciãdus propter ſummã equitatem: hono-
randus propter ſummã maieſtatẽ: admirandus ꝑpter ſummam ſa-
pientiam: inuocandus ꝑpter ſũmam mĩam: ſpectandus propter ſũ-
mam iuſticiam: colendus ob collata beneficia: imitandus ob demõ-
ſtrata veſtigia: & reuerendus ob metuẽda ſupplicia. Poſt deum de-
bemus animã diligere noſtram: quia vnica eſt. poteſt enĩ quis amiſ-
ſo regno vel amico/ vel equo/ vel veſtimẽto/ vel re qualibet alia/ aliã
recuperare. aĩam vero quĩ ſemel ammiſerit nunq̃ amplius aliam re-
cuperabit. Ideo cariſſimã eam pſalmiſta tenebat dicẽs. Anima mea
in manibus meis ſemp. Sunt aũt qui portent vel ponãt eam ſub pe-
dibus aut poſt dorſum vt qui nihil ſue ſalutis ſolliciti/ temporalib⁹ re
bus ſeſe prorſus accõmodant. Infelices eterna pro tẽporalibus ãmit-
tentes: & corpus aĩe preponentes. Cum ſit anima corpore precioſior
extra de pe. & re. cũ infirmitas. Non enĩ morit̃ queãdmodum corp⁹
anima: neq; propter corpus aĩa. ſed corpus ꝑpter eã viuit. Animam
autem ſuã ille chriſtiano diligit modo que ꝑpter chriſtũ odire vide-
tur eam quã penis & tormentis affici patitur: vt chriſti gloriam con-
ſequatur. ℭ Et mihi videtur eo modo diligendus deus vt ſi liceret
aĩam om̃ino perdere ꝑpter eum nõ ſit recuſandum. Sed nõ eſt poſſi-
bile deũ diligere & animã non amare/ qm̃ diligit eam deus: pro qua
homo fieri & mori & pati dignatus eſt. Itaq; dilectio dei ad vtilitatẽ
refertur aĩe noſtre. Sed verus dei amator non proprium aſpicit com
modum/ licet ex amore reportet lucrũ. q̃obrem nõ eſt mercennarius
licet mercedem recipiat quia nõ principaliter intendit illam. Et qui
ad illam diuine felicitatis attendit mercedem bonus dicit̃ mercẽna
rius: quia mercedem intẽdit optimã. ſicut qui dicebat. Inclinaui cor
meum ad faciendas iuſtificationes tuas ineternum propter retribu-
tionem. Qui vero mercedem temporaliũ querit: hic malus eſt mer
cennari⁹: qm̃ viles merces intendit. ℭ Tertio loco diligendũ eſt cor

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pus noſtrū. Nemo enī vnq̄ carnē ſuā odio habuit. ſm aplm. qm̄ non
oportet illud ſine cā neci tradere. veluti quidā crudeles q vel aquis ſe
ipſos ſuffocant vel laqueo ſe ſuſpēdūt aut alio mortis gn̄e ſeipos im=
pie necant. quibꝰ eccl'iaſtica interdicit̄ ſepultura. Et hii etiā in corpꝰ
propriū vident̄ peccare/q indiſcretis illud penis afficiūt: vt quidā ſe=
ueriores & indiſciplinati hoīes/q verberibꝰ atrociſſimis: aut irratio=
nabilibꝰ ieiuniis: aut vigiliis imoderatis: vel laboribꝰ abſq; mēſura
& ſine mō ſeipos macerāt/qd nō ꝓbat aplus dicēs debere eſſe rōnabi
le obſequiū nr̄m. Ro.12. Et dn̄s ꝑ Eſaiā dicit. Eſa.61. odire rapinā in
holocauſtū nō eſt peior q̄ q in ꝓpriū corpus fit rapina. de ꝯſe. di. 5. Et
quidē tales frequēter vel ī amentiā vel ī infirmitates alias deducūt̄.
Sapiēs aūt ī oībꝰ ordinat ne qd nimis: qm̄ ſola moderata durāt. Nō
eſt aūt prudētis abſq; rōne pūgere aſinū: ſed nec macerare corpꝰ. Ois
aūt cā macerādi corpis aut ad repmēdos fit inſurgētes motꝰ libidīs/
quō paulꝰ dicebat. 1. corꝫ. 6. Caſtigo corpꝰ meū & ī ſeruitutē redigo.
Hēbat enī vt ipē alibi dicit ſtimulū carnis ſe collaphizantē. Aut ma
cerat̄ caro ꝓpter ꝑcedentiū delictoꝝ pn̄iam quō magdalēa & maria
egyptiaca atq; alii penitētes ob ſatiſfactionē pctōꝝ fecere. q̄ quidē pe
nitētia modū nihilominꝰ hr̄e debet/ne qd nimis. qa deꝰ nō vſq; adeo
vult hoīem cruciari vt deficiat. Aut macerat̄ corpꝰ ob xp̄i amorē/ q̄
qs ꝯformis cupit fieri xp̄i paſſionibꝰ. Sed ad hī nullꝰ obligat̄/ & q hec
cupiūt rōnabilit̄ nihilominꝰ oportꝫ eos ī opꝰ ꝓcedere: qa nō vult xp̄s
queq̄ ſui gr̄a ī inſaniā & ꝑicula deuenire. Neminē enī diligit niſi eū q
cū ſapīa inhitat. Sap.7. quā nō habet q ſtulte aliqd agit. Eo enī ex ca
ritate diligendū eſt corpꝰ nr̄m/qm̄ ꝑ gl'iam aīe in ipm̄ redūdantē par
ticeps erit felicitat' etne/ſed nō debet eē intēſus amor ad corpꝰ. Ego
aūt reor honorē ꝑponi corpis dilectiōi: qm̄ ꝑſeuerat poſt mortē hoīs
honor/diuitias ꝟo ſic cēſeo diligēdas vt corpi ſeruiāt. honori famulē
tur. & aīe obſequium preſtent: & hac intentione: ad hoſq; fines recte
diligi etiam poſſunt diuitie: quia plus prodeſt ſapientia diuitiis ad=
iuta ſm ſapientē. Eccl'ſ. 7. Sed nō decet cor diuitiis apponere. ps. 61.

¶ Quarto loco diligendus eſt proximꝰ: videlicet amicꝰ & inimicꝰ
quia dicit̄ Diliges proximū tuū ſicut teipm̄. Sed arguit aliqd. ex hoc
mandato videor poſſe puellā propter ſtuprum diligere: qm̄ eo modo
meipm̄ diligo. Intellige ꝑcepti ſenſum. diliges proximū tuū ſicut te=
ipm̄. ideſt ſicut ſeruato iuſticie ordine teipſum debēs diligere: ſerua=
ta autem iuſticia nō te diliges ad ſtuprum: qm̄ illud diuine legi (que
iuſta eſt) aduerſatur vbi mechia prohibetur.

¶ An vero eodem caritatis motu in deū & in proximum feramur:
dicendum eodem motu & deum & proximum diligere: ſi proximū



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt obiectū medium / & deum vt finem vltimū attēdamus. quoniam vbi vnū propter aliud. ipſū eſt vtrobiq; vnū tantū. ſi autem ille mot⁹ reſpiciat bonum proximo volitū. ſi ipſū non eſt deus variabit̄ mot⁹. ℂ Dilectionē ſiquidem amicorū nō modo preceptū diuine legis. ſed & ipſa naturalis dictat ratio. quoniam tenetur homo repēdere beneficiorū vicē. Nam & terra quod recipit reddit: ipſū quoq; mare & aīalia oīa. Ingratiſſim⁹ ille profecto eſt anim⁹ qui nō dignam rependit amicitie vicem. Sicut enī terra que nō reddit recepti roris fructum a deo accipit maledictionē. heb. vi. Sic arbitror maledictū hominē qui reciprocū in ſe diligentes nō rependit amorē. Intelligo ſane iuſtū & honeſtū amorem / qa nō expedit fatue amātib⁹ reddere dilectiōis vicem. Amicis itaq; bene facere & bene velle iubemur: cuius rei exemplū ſupra dedi de filia piſiſtrati. quā cū ariſtobolus obuiā ſuamaſſet. ſuccēſēti mr̄i reſpōdit piſiſtrat⁹. nō eſſe odio pſequēdos qui nos amāt. ℂ Inimicos autē / qui etiā proximi locū tenēt / ſic tenemur diligere vt nichil eis mali velim⁹. Poſitiuū vero in eos elicere dilectionis actū minime obligamur de qua quidē dilectione doctorū libri habentur ampliſſimi. ℂ An vero irrationales quoq; beſtie veniāt ex caritate diligēde? Reſpondet ſanctus bo. q etiam ad amandū beſtias que in laudē dei create ſūt / & ī auxiliū hoīs / monet caritas: ſed qa ille beſtie non ſunt boni ſūmi / quod eſt proprium caritatis obiectum capaces nō diligūtur formato caritatis actu ſed affectu quodā pietat̄ hūane. ℂ Angeli ſancti a nobis quoq; diligendi ſūt nō quia noſtra indigeāt ope. nec vt illis benefaciam⁹ qm̄ nō habent que ab homine indigeat releuari miſeriam. ſed qa benefici in nos exiſtunt & deo grati ſūt. ex caritate veniūt diligendi qui & proximi nr̄i eo dici poſſūt q ab vno eodēq; pr̄e luminū ſicut & homines creati ſūt. & qa proximi nobis p aſſiſtentiā fiūt. Credim⁹ enī datos ad hominū cuſtodiā ſāctos angelos Iuxta illud. p̄s. 90. Angelis ſuis mādauit de te vt cuſtodiāt te in oībus viis tuis. ℂ Demones vero qa nō ſunt diuine beatitudinis capaces propter obſtinatiōis maliciā & qa odioſi ſūt deo & toti curie celeſti / & qa nūq̄ ad iuſticiā reuertentur / non ſūt elicitiue diligendi ex caritate. Similiter nec anime dānatoꝝ quia eadē eſt in vtriſq; ratio / nō tamē precipimur odiſſe quorūcūq; naturā ſed culpā. Malos autē homines duplici reſpectu diligere debem⁹ videlicet inq̄tū creature dei ſūt. qm̄ deus nichil horū odit que fecit Sap. ii. Scđo iq̄tū cōuertibiles a peccatis ſūt / & diuine beatitudinis poſſunt eſſe capaces / & hoc illis optare tenemur nō quidē actu ſed habitu. Odire tamē eorū debemus vicia. Iniquos (iquit) odio habui. p̄s. cxxxviii. Q d ſic ē itelligendū vt odio habeātur peccata nō hoīes. 86. di. odio. Ad ordinatā ꝟo ꝯgruit

caritatē ſēp plus diligere qđ meliꝰ:qm̄ qđ meliꝰ eſt:deo ſimiliꝰ & gratius eſt. Cū igitur teneamur ꝯformes eſſe volūtati diuine nullidubiū quin meliora plꝰ ſēp diligere teneamur. Nā & btōꝝ ea eſt caritatꝭ integritas vt beatiores ſeipſis plus diligāt. Viatores aūt nō oīmode ī meliores tenētur maiorē habere dilectionē. eo ꝙ poſſim adhuc eo q nūc me ſuperat effici melior. Beati vero in celo vltimū adepti ſūt cōditiōis ſtatū:nec reſtat amplioris profectus expectatio inferiorū nec ſupiorū defectus. Igitur nō teneor meliorem me ī preſenti vita plus me omnino diligere/puto tamē ſic magis diligendū meliorē me. vt q̄diu melior me eſt maiorem illi velim reuerentiā ī ea parte qua melior eſt q̄ michi:dico autem ī ea parte q̄ melior eſt qm̄ poteſt fieri vt michi ex dignitate maior honor quē michi velle teneor. ℭ An vero tenear ꝓ meliore me vitā exponere? Dico tripliciter poſſe diſtingui melioritatē: aut ꝓximꝰ eſt ſimpliciter melior vita & ſanctitate/ nulla alia ratione comutāte/& pro tali nō teneor/ qm̄ licet melior nūc ſit/ deterior fieri poteſt/& ego melior.nec teneor q̄diu deterior ſum / future melioratiōis michi ſtatū preripere. quod facerem ſi pro illiꝰ tūc melioris ꝯſeruanda vita/ meā exponerem. ℭ Aut eſt melior dignitate/puta quia eſt princeps vel prelatꝰ/tunc ſi inutilis vel non multū vtilis/nō teneor:quia illo ſublato alius melior poteſt in locū ſuccedere. Si vero vtilis tunc puto caſum legis de re militari habere locum vbi mandat ſub capitali ſententia tueri prepoſitū. ff. de re mil.l.oē. Etiam ſi al'as inutilis eſſet prepoſitus. attamen ſi morte ipſius reſpublica dānum pateretur defendendus erit periculo vite ſubditorū. puta dux eſt in bello / al'as īutilis / ſed ipſo corruente fundetur exercitus:teneor periculo vite tueri ducem: qm̄ bonū publicū priuato ꝑponitur. ℭ Aut eſt melior vtilitate qm̄ plus proficit ad dei honorē & animarū ſalutem & reipublce cōmodū.tunc ſi ſubiectionē non habeo ad eum non puto teneri ſed meritorie atqꝫ virtuoſe id me acturū niſi me ꝑuenturū ad eādem profectus magnitudinē probabiliter poſſim preſumere.qm̄ in eo caſu meipſum illi poſſum coequare/ licet non in actuali bonitatis exiſtentia tamen in potētia quadam poſſibili vel ꝓpinqua. A ſeipſo enim incipit ordinata caritas. Can.ii. Nullidubiū quin ceteris paribus meipſum plus ceteris diligere debeā. Sed ſunt qui plus debito ſeipſos ament qm̄ & corpori pluſq̄ expediat indulgēt & maiore q̄ liceat ſeipſos extimatione cōmendant. ℭ Demū ad ordinatā caritatē requirit̄ vt īter eque bonos proximiores ſāguine/ plꝰ diligāt̄:q̄quidē dilectio mihi videt̄ nō cogere affectū ſed effectū qm̄ ꝑus tenemur ſubiectionē ꝓpinq̄ q̄ extraneo. Iuxta illud apl'i Gala.vi. Operemur bonū ad oēs maxime aūt ad domeſticos fidei. & alibi di

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cit.i.thimo.v. Si quis domeſticorū curā nō habet. Infidelis eſt. & īfi=deli deterior. Igit̄ vbi equa ē extranei & ꝓpinqui bonitas & neceſſi=tas ꝓpiquo potius ē ſubueniēdū. vbi aūt maior ē extranei neceſſitas/ preſertim ſi ſit extrema/ extraneo potius eſt ſubueniendū. Sūt igit̄ q̄ īordinatā habeāt caritatē. ante ponēdo quod poſtponere debuiſſent/ quos arguit magiſter dicens. li.iii.di.xxix. peccare eū qui prepoſtere agit. Vbi dn̄s bonauē. ponit triplicem prepoſterationē. vnā videlꝫ q̄ eſt ex debita cā. vt cū quis bonū publicū tempale p̄ponit priuato. & hec prepoſteratio facit ad meriti cumulū. & licet videat̄ p̄poſteratio tamē ē pfectior ordinatio. ℭ Alia ē p̄poſteratio preter cauſā debitā vt cū quis ex mera liberalitate neutri obligat⁹ p̄ponit extraneū ꝓpi=quo & amicū parenti. & hec tollit meritū. licet non habeat peccatū. ℭ Alia ē prepoſteratio cōtra debitā cauſā. vt cū preponit̄ extrane⁹ ꝓpinquo quādo magis teneor ſubuenire ꝓpinquo. & hec pctm̄ īducit ℭ Illa autē peſſima omniū eſt prepoſteratio vbi plus diligitur mini mus q̄ deus. xii. q.i. duo ſūt. plus voluptas carnalis: q̄ ſāctitas ſpūalis plus honor terren⁹ q̄ celeſtis. plus homo q̄ deus. plus corpus q̄ anima plus equus vel beſtia q̄ homo & amicus. plus meretrix q̄ vxor. plus adulter q̄ maritus. plus ſcientia q̄ cōſcientia. plus apparentia q̄ exiſtē tia. pl⁹ ꝓprium cōmodū q̄ cōe. pl⁹ diuitie q̄ corp⁹. plus pecunia q̄ ami cus bon⁹. pl⁹ ꝓpria volūtas q̄ obediētia. pl⁹ quies viciosa q̄ opatio vir tuoſa: plus corpis ꝯſeruatio q̄ virtutis gloria. plus pulchritudo q̄ bo=nitas. plus verboſitas q̄ veritas. plus diſſolutio: q̄ deuotio. plus labor inutilis q̄ lucroſus. plus piculum q̄ ſecuritas. plus bellum q̄ pax. plus ī imicitia q̄ amicitia. & finaliter pl⁹ malū q̄ bonū. quibuſve cōminat̄ Eſaias dicens. Eſa.v. ve qui ponitis lucem tenebras. & tenebras lucē dicētes amarū dulce & dulce amarū. bonum malū/ & malū bonum ℭ Tercio loco habemus conſiderare caritatis profectum. Nō enim cū primo infūditur caritas/ ſed ſm Aug. eſt ſtatim pfecta ſed naſcit̄ vt pficiatur cū fuerit nata nutrit̄. cū fuerit nutrita roboratur. cū fuerit roborata pficitur. Cū autē ad perfectionē puenerit dicit. Cupio diſſol ui & eſſe cū xp̄o. ℭ Exiſtimo autē pfectā eſſe caritatē cū quis amore languens. Cā.2. Cū xp̄o eſſe cupit. nō ad fugiēdos preſētis vite labo=res. ſed ad deguſtandos ſupne felicitatis odores. & hoc modo paulus optabat diſſolui & eſſe cū xp̄o. Ille autē quē tedet vite ſue. Iob.x. non ad pfectā accedit caritatē ſi mori deſiderat/ quin potius ad ignauiā. Qui autē vi ſupatus amoris deum deſiderat quaſi ceruus ad fontes aquarū. p̄s. 41. gemit/ ꝙ incolatus eius ſit diuti⁹ prolōgatus. p̄s. 119. cupitq̄ tranſgredi murū corpalis habitaculi. p̄s. xvii. quo detinet̄ ne cōuolet ad dilectum/ & dicit dn̄e ante te eſt omne deſideriū meum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& gemitus meꝰ a te nō eſt abſcōditus.p̄s.37. Introeat ergo ī cōſpectu tuo gemitꝰ cōpeditorū.p̄s.86.qui ꝑpedibus carnis vincūtur heu mi= chi ꝗa circūdatꝰ ſū carcere.Iob.vii.Infelix ego.Ro.vii.quis me libe= rabit de corpe mortis huiꝰ? Sic virtuoſi gigantes preſſi carnis pōde= re gemūt.Iob.xxvi.& quo altior virtute fuerit gigas ad currēdā viā celeſtem.p̄s.x.eo plus grauatus gemit ſub pondere carnis. Illā nec minꝰ arbitror eſſe pfectam caritatē qua quis aīam pro amico pone= re paratus eſt dicēte dño Ioh.xv.nō eſſe aliā hac maiorem.Sed intel lige ſi ob dei principialiter caritatem id fiat/qm̄ videt̄ is qui ꝑ fratri= bus aīam ponit xp̄i gratia plus agere ꝗ̄ ſi pro ipſo pure xp̄o aīam ſuā ponat.Sicut plus eſt ſubuenire ſeruo propter dn̄m.ꝗ̄ ipſi dño. qm̄ ſi ꝑ fratribus amore xp̄i nō indulgeo anime mee. multo minus pro ipſo me celabo. Eſt enī argumētū a minori ad maius.Si quis tamē aīam pro amico ſimpliciter/nō principaliter ꝓpter deū poſuerit.nō ad pfe ctam xp̄i accedit caritatē ſed humanā pfecte cōplet amicitiā quod pauc(aduenit vnꝗ̄.Illam etiā reor pfectam eſſe caritatē/qua quis eli citiue inimicos diligit iuxta cōſiliū xp̄i. Nō odiſſe enī ſēper tenemur inimicos. Optare vero illis tempalia bona/non tenemur: eterna vo nō quidē actu elicito. ſed habitu illis velle tenemur.qui vero elicitiue orōnē pro eis facit/ꝓculdubio pfectam michi videt̄ habere caritatē.
¶ Eſt & alia pfecta caritas que foras mittit timorē ſm Iohānē. qua quis ſe fiducialiter deo cūctis terrenis abdicatis cōmittit/vt veri reli= gioſi quibus viritim dicit̄. p̄s.liiii. Iacta cogitatū tuum ī dño & ipſe te enutriet & non dabit ineternū fluctuationē iuſto. Quequidem flu ctuatio ab ſpe prouenit & timore/qui autē perfectam habet caritatē/ quo firmius ſperat debiliꝰ timet. O igitur (inqt.Boe.) felix hominū genꝰ:ſi veſtros amicos amor(ꝗ̄ celū regit̄)regat.ſiqdē amor vinculū eſt omniū tū creataꝝ/tū increataꝝ rerū.Amore nectit̄ cū patre filiꝰ in diuinis:ē enī ſpiritꝰ ſanctꝰ amor.Amore beatoꝝ ſpirituū iūcta & concors eſt multitudo.teſtatur enī Iob. xxv.deum facere cōcordiam in ſublimibꝰ ſuis.Iob.xxv.Amore ſanctorum aīe beatitudinē habēt. Amore celi cōcordi & īeternū manſuro ꝓcedūt curſu. Amore ſimul elementa ligant̄. Amore pelagus ī ſuis ſtat feruēs limitibꝰ. Iob.38. Amore terra virentes & floridas ꝓfert ariſtas. Amore volucres pari ſocietate iūgūtur. Amore bruta fereꝗ̃ omēs inuicē coeunt. Amore principibꝰ ſubditi primū fuiere:ꝗ nūc amorem ī timorē & odiū vt in pluribꝰ mutauere. Amore ciuitates & caſtra munitioneſꝗ̃ oēs extru cte ſunt nunꝗ̄ enī diſcordes ea feciſſēt. Amore ciues ī vnū cōueniunt. Amore patriā defēſamꝰ & colimꝰ. Amore hūana ſpecies cōſeruat̄. Amore corpori animam copulat̄. Amore paupies oīſꝗ̃ tribulatio leuigatur. Amore & odio fiunt quecūꝗ̃ in hoc ſeculo atꝗ̃ alio fiūt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Habemus autem in caritatis profectu cōſiderare perfectionem/ extenſionem/ & operationem. Quātum ad perfectionem dicunt nō eandem om̄es habere caritatis perfectionē. Sed eſſe aliam incipientium: aliā proficientiū: aliam perfectorū. Incipientiū infirma eſt caritas & q̄ facile deiici poſſit/ & q̄ in magnas res neq̄q̄ ſe extendat. q̄obrem oportet incipientiū caritatē quaſi debilē plantulā enutrire. deſipiſcunt itaq; qui nouicios & neophitos grauiorib⁹ onerare laborib⁹ atq; ꝓbationib⁹ tēptare fortiorib⁹ nō verenť. Non eni idē ferre pull⁹ pōt qđ fortis equus. Et quidē videm⁹ dulciter enutritos pullos in fortes euadere beſtias/ plus equo aūt in tenera grauatos etate/ ad extremum deficere. Similiter & plantule quo primū exurgunt tempore/ ſi fortiter excutianť cadunt: ſi vero diſcreto alantur modo: in fortes arbores coaleſcunt. Itaq; incipientiū caritas nō ſtatim ad ardua quelibet ſe extendit aut ſufficit/ ſed paulatī nutrita in melius cōualeſcit. Incipientiū caritas eſt deſiderare a peccatis recedere/ pn̄iam inchoare: ad opera bona mentē extendere: incipere hūiliari & pati. Non eni potens eſt incipientiū caritas maioribus reſiſtere tēptationibus: qđ latiſſime diſputat dn̄s Boñ. li. 3. di. 30. q̄obrem nō patitur de⁹ nos temptari ſupra id quod poſſumus: ſed facit cū temptatione prouentum. 1. Coꝝ. 10. In principio tn̄ cuiuſlibet tēptationis modica ſufficit reſiſtere caritas. Sicut in faucib⁹ montiū leonidas cū paucis reſtitit infinitis perſarum turmis/ & ip̄e dari⁹ quia fauces cilicie contēpſit ꝯtra exercitū alexādri cuſtodire/ ad latū deductis exercitib⁹ cāpū/ ꝯmiſſo vict⁹ eſt ꝑlio. Sic & nos ſi pauca ī ꝑncipio ſpernim⁹/ paulatī cadim⁹. Eccli. xix. & q̄ victores in ꝑncipio tēptationis cū modico caritatꝭ vigore facile fuiſſem⁹/ admiſſis ad interiora hoſtib⁹: neq̄q̄ eadē modica qua pri⁹ vi reſiſtere poſſum⁹. Ergo ꝑncipiis obſta: dū licet & modici tangūt ꝑcordia mot⁹. Si ſapis: in ꝑmo lumīe ſiſte pedē. Siquidē ꝯſiderata volūtatis libertate & potēti diuine gr̄e auxilio facile eſt reſtere tēptationi. Cōſiderata aūt hūane fragilitatis/ q̄ in malū poti⁹ q̄ in bonum ꝓna eſt/ difficultate nullidubiū temptationibus magnis abſq; magno diuine gratie adiutorio reſiſtere difficillimū eſt.

¶ Proficientiū autē caritas eſt eorū qui facilius tēptationes vincūt q̄ vincanť ab eis: & hii qdē ad grauiores ꝓ xp̄o idonei ſūt labores: nō eni facile deiiciunť. Et puto q̄diu in pn̄ti via ꝑegrinamur in h̄ proficientiū ſtatu eſſe oēs viros bonos: qa iuſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplēdēs ꝓcedit & creſcit vſq; ad pfectā diē. ꝓuer. 4. Ambulāt ſiqdem iuſti de virtute in ꝟtutē donec videāt deū deorū in ſyon. ps. 83. Gloria eteni dn̄i p iuſtoꝝ icremēta (teſte Greg.) declarať. de pe. di. 2. dū ſctām q̄ p ſinglos grad⁹ aſcēdūt donec ꝑueniāt ad ſūmū iuſticie ſtatū. Iob. 31.

¶ Eſt autē facilis proficientiū demōſtratio. ſi quo plus deo ſeruiunt. ardētiores exiſtūt. ſi quo plus aduerſitates patiūtur. alacriꝰ ferunt. ſi quo plus humiliantur/plus humiles fiunt dicentes bonum michi qa humiliaſti me.ps.118. Si quo plus proſperitatis habent minꝰ vanitatis admittūt. Si quo plus in corpore debilitātur. plus ī ſpiritu roborantur. cū ap̄lo dicēte. ii. cor. xii. cū infirmor tunc fortior ſū. Si q̄ plus ſanitatis habēt eo virtuoſius ſe exercēt. Si quo plus in orōne exercentur plus delectatiōis accipiūt. Perfectorū autem caritas in celis ē In terris autem vix inuenitur ꝑ opera nichilominꝰ que ſupra tetigimꝰ de ꝑfecta caritate nōnulli ſe demōſtrāt illis quattuor modis habere perfectam caritatē. ſcilicet ſi cupiunt diſſolui & eſſe cum xp̄o Si elicitiue inimicos diligunt. ſi cūcta pro xp̄i nomine ſpernūt. & ſi mori pro dei honore etiam ceſſante neceſſitate/& pro fratrū ſalute parati ſunt vt nōnulli prioris tp̄is ſācti fecere. ¶ Extenſionē vero caritatis ideſt intenſionē/& remiſſionē/vel profectū & defectum. ita ſuſcipimus vt in caritate quilibet viator proficere & deficere poſſit. Q̄ autē augeri caritas poſſit. in ſuꝑioribus probatū eſt. Q̄ autē deficere & āmitti experimentū probat in omnibꝰ qui ab iuſticia tranſeūt ad peccatum Eze. xviii. ¶ An autē habēs caritatē peccare poſſit? nō videtur: qa iuxta ꝟba proſperi. nullꝰ vnq̄ cū caritate peccauit de pe. di. ii. caritas. Ex ea enim parte quis peccat q̄ minꝰ diligit. dicendū neminē cū caritate poſſe peccare: neq; enim ex caritate peccat. Sed neq; habens caritatē peccat. qm̄ volūtate peccādi primo caritatē expellit. Nō enī vel a malicia vincitur & expellitur caritas. aut cū peccāte ꝑſeuerat. ſed ſicut volūtate bona retinetur ſic mala volūtate cui nō poteſt ineſſe deſerit. ¶ An vero dici poſſit ꝟa fuiſſe caritas que āmittit᷑ arguit magiſter libro. iii. di. 31. allegando illud pauli. i. cor. xiii. ꝙ caritas nunq̄ excidit. & Aug. dicentē. Caritas que deſeri potuit nūq̄ vera fuit. & Ambro. ficta īquit eſt caritas que ī aduerſitate deſerit. & multa alia. Sed in opoſitū eſt veritas qa ſi ſic/ergo nullus viator haberet caritatē quia nullꝰ eſt viator qui peccare nō poſſit. ¶ Dicendū ꝙ caritas que deſeritur. nō eſt vera qa nō ꝑſeuerat. eſt tamē vera q̄diu ꝑſiſtit. Non enim valet cōſequētia. rubeum quod rubedinē āmiſit nunq̄ vere fuit rubeū. Sed arguis ꝙ caritas nūq̄ excidit. verū eſt qa in paradiſo ineternum durabit. In ſe igitur caritas nūq̄ excidit. excidere tamē ī aliquo ſubiecto poteſt. qa volūtati hoīs innititur que variabilis eſt & mutari a bono poteſt. Nec eſt mirū ꝙ firmiꝰ aliqua naturali amore q̄ caritate diligimus. qm̄ que naturaliter amamꝰ ꝑ īclinationē diligimꝰ inſitam nature. que totā effundit in diligendo vim: & quod amat᷑ naturaliter omni ex parte ē delectabile. qđ vero ex caritate diligimꝰ. pōt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſſe aliqua ex parte odioſū/qa nō naturaliter ſed iperio volūtatis elici
tur amor caritatis. ¶ Operationē vo caritatis ſatis ſupra declaraui-
mꝰ nec deeſt niſi fructus excerpere illius. Oia ſiquidē bona operatur
caritas. pacem generat. amicitiā nutrit. cōcordiā inducit. hominē deo
gratificat. mētem ſe habentis exhilarat. peccatorū remiſſionē accele-
rat. vicia cūcta depellit. ſupbiā odit. qa nō inflatur. i. corꝫ xiii. ambitio
nē deteſtatur. lites fugat. qa nō querit que ſua ſūt quecūqꝫ videt bene
iudicat. Oia ſiue bona ſiue mala in ſuū cōuertit lucrū/qm̄ diligētibus
omnia coopantur ī bonū Ro. viii. In proſperis eſt leta ſine diſſolutio
ne. in aduerſis māſueta ſine deiectione. Cōgaudet felicibꝰ. cōpatitur
miſeris. ſubuenit egenis. blanditur bonis. nō iraſcitur ſed cōdolet ma
lis. Incitat ad mouēdū. ꝓuocat ad corrigendū. cogit ad ſalutem aīaꝝ
querendū. In meditatiōe dat deuotiōem. In oratiōe feruorē. in cōtē-
platiōe dulcorē. in dei laudibꝰ iubilationē. in humiliatiōe leticiam. in
obediētia promptitudinē. in tribulatiōe patiētiam. & in omni opere
gratiam. per quā ſolam venitur ad gloriam.

¶ Qđ deus diligit ſumme bonos xpianos.

SEd poſtq̄ de caritate/que ad xpianam ꝑtinet ꝑfectionē tali
ter qualiter locuti ſumus: vbi proculdubio perfectiorē eſſe
xpianorū caritatē ad deum q̄ ceterorū ītelleximꝰ. Nō erit
incōueniens videre. an & ipſe deus ad xpianos ſingulari
feratur amore. Qđ nō videṫ diuīe cōſonū nature. Nā deū eſſe bonū
quoddā vniuerſale quod equaliter veluti cā prima/in oēs cauſas ſe
cūdarias equaliter influat/eo ꝙ vniformiter ſe habeat ad oia / nullus
ſapiens negabit. Neqꝫ enī paſſionibꝰ afficitur deus/ vt huic pluſq̄ al-
teri afficiatur. Ait enī: ego dn̄s & nō mutor. Aggei. ii. Particularis
autē & plus intēſa ad vnū q̄ ad aliū affectio. mutationē dicit affectus
qm̄ oportet affectū plꝰ & minꝰ intēdi. quodcūqꝫ aūt ſic recipit magis
& minꝰ id quoqꝫ eſt mutabile/ ſaltim ſm eam rationē qua magis &
minꝰ recipit/quequidem mutatio nō cōuenit deo. Igiṫ dicit Sapiēs:
Sap. vi. ꝙ equaliter eſt illi cura de omnibꝰ. Nō eſt enī deus vt homo
qui reſtringat amoris affectū in vno/ & ī alio laxet. Sed ea qua bonꝰ
eſt īfinita bonitate diligit oia que ſūt. Sicut enī eodē ītellectiōis actu
ītelligimꝰ eſſe ſtellas in celo. & vermes in terra/cū ad vnū eorū cōuer
timur. ſic deꝰ q̄ nulla indiget ad res cōuerſiōe/qm̄ actualiſſime oia vi
det. Videt enī qa oculi eius ſine ītermiſſiōe ſuper filios hoīm. Eccli.
xvii. oia & ſimul intelligit/ & ſimul eodē intellectiōis & dilectionis
actu proſequitur. quod xpus videtur expreſſe nobis inſinuaſſe dicēs
Matth. v. deū oriri facere ſolē ſuū ſuper bonos & malos. & pluere ſup
iuſtos ac ſuper iniuſtos. Cōtrariū tamē probatur/ratiōe/auctoritate.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& experimēto. Ratiōe quidē. qm̄ oportet ſum̄ū bonū eſſe ſūme ordi-
natū & ſūme iuſtū. ad ſūmā vero ordinationē ſūmāq; iuſticiā ptinet
ꝓportiōabiliter vnū qdq; diligere ſm eā q̄ ineſt rei dignitatē. Nō aūt
eadē eſt oīm dignitas: ergo nec eadē ſunt oīa caritate ab ipſo deo dili
gēda. ſed qd meliꝰ & deo ꝓximiꝰ plus: & qd peius vel a deo remotiꝰ/
minꝰ. Vniuerſa ei ꝓpter ſemetipm̄ fecit dn̄s. pro. 26. Cū igit̄ omnē
creaturarū amorē referat ad ſeipm̄. nulli dubiū ꝙ ei ꝓximiora plꝰ dili
get. qm̄ ſi ꝓpter ſemetipm̄ diligit creaturas: mltomag( ſeipſū diliget
Si autē ſeipſū diligit ſuper omnia multo magis ſemp diliget que ſili
tudinē ad ipſum habent expreſſiorē/ & ea q̄ plꝰ ſuā coīcabūt bonitatē
eo ꝙ tanto plus in eis ſit ipſe/ qui eſt oīa in omnibus. ſiquidē ſeipſū in
creaturis diligit. In ea igit̄ in q̄ plus erit/ plus dilectiōis hēbit. Eſt aūt
deus pfectiore modo in eis quibus plus pfectiōis dedit: ergo pfectio-
ra quelibet perfectius fortiuſq; amabit. Si igitur xp̄iani meliores ce-
teris iudicātur/ proculdubio cariores deo cenſebūtur. Sed cōtra hanc
minorē arguet aliquis xp̄ianos vt in pluribus eſſe hominū peſſimos
diuīe legis trāſgreſſores/ blaſfemos/ piuros/ īpios/ homicidas/ adul-
teros/ ſacrilegos/ mēdaces/ lubricos/ ebrioſos/ vltores/ & omniū ple-
nos viciorum feditate: ergo nō eſſe a deo diligēdos. Reſpondebimus
nō loqui de malicia que xp̄iane eſt cōtraria pfectioni. ſed de bonitate
qua xp̄ianitas nominatur. ❡ Auctoritate pariter probamꝰ deū q̄ſdā
plus aliis dilexiſſe. Iohānes de ſeipſo teſtimoniū phibet ꝙ plus cete-
ris amaret̄ a dn̄o. & per eſaiā. Eſa. 41. dilectū ſuū deꝰ vocauit Iacob
& populū iſrael. ❡ Expimento autē patet in noe quē ex oībus ſalua-
uit a diluuio. In abraam quē pre omnibꝰ elegit in teſtamēto. In loth
quē pre omnibꝰ aſſumpſit in opere miraculoſo. In aaron quē pre oī-
bus elegit in ſacerdotio. In dauid quē pre omnibꝰ abſtraxit ab armen
to. & cōſtituit in regno. ps. lxxvii. In lazaro quē pre oībꝰ dn̄s excitauit
a monumēto. In magdalena quā pre omnibus abſoluit a peccato. In
martha quā pre oībus elegit pro hoſpitio. In franciſco quē pre oībus
ſtigmatizauit in viſibili ſigno. & in paulo quē pre omnibꝰ cōuertit a
iudaiſmo. Hanc queſtionē breuis ſolutio quietabit. Equaliter enim
deus omnia diligit que equaliter fecit. vbi autē inequalē videt ſue bo
nitatis coīcationē inequalem habet amorē. Nec tamē mutatur quia
in ſeipſo quidem ſemper eandem habet dilectionis rationē ſed coīca
tam creaturis bonitatē ſm cuiuſq; proportionē appreciatur. Quomo
do mercator plus diligit cumulū vbi mille poſuit q̄ vbi centū. & am
plior quidem carta plus ſcripture meretur & largius vas abundātio
rem continet aquā. Ratio igitur diligētis dei in ſeipſā ſemp inuenit̄
eadem: ratio autē diligibilis & boni voliti ſm diligentis volūtatē &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dilecti dignitatē diuerſificat᷑. vult autē plus boni xp̄ianis q̄ ceteris q̄-
b⁹ vult vitā eternā. Ipſi quoq̄ xp̄iani veluti ꝑfectiores/ampliore ſunt
digni amore q̄ alii. Sed hic videtur contrariū quia xp̄ianus ꝑplus pre
omnibus videtur a deo deſertus. Nam & a turcis diripitur: a Iudeis
decipitur. & ab omnibus pre cunctis affligitur. cōtinuis bellis agita
tur. peſte/fame/infirmitatibuſq̄ variis & exquiſitis opprimitur. Ma
lis prelatis & malis principibus (vt plurimū) regit᷑/malis ſacerdoti
bus regulatur/omnib⁹ peccatis inuoluitur. & pre ceteris nationibus
ad quelibet mala prolabitur. Machometiſtarū autē ſecta ſpurca triū
phat/regna āpliſſima captat. xp̄i ſepulcrū & loca ſacratiſſima calcat.
¶ Dicendū nō eſſe in preſenti vita xp̄ianorum retributionē ſed ī fu-
tura. Non igitur xp̄ianos veraces turbat preſentis inordinatio vite.
Et fortaſſis prodeſt inordinata calamitas. q̄m plerumq̄ ſolent ea que
maxima indigent ordinatione: ad eā per ſūmā inordinationē attin-
gere. Nichil veraci xp̄iano nocet/niſi peccatū. perfectionis autē xp̄ia
ne eſt nichil in preſenti vita ſperare a deo niſi merēdi gratiā. Si quid
autem plus acciderit/amplioris laudis materiā miniſtrabit. Si vero
nichil pro bene meritis cōferetur: ſꝑandum eſt ꝙ in futuro maior glo
rie merces copulabitur. Ridet igitur perfectus xp̄ianus quando que
bene fecit: in malū illi redundant. Scit enim infidā eſſe fortune vicē/
& inordinatā atq̄ vt plurimū iniuſtam hominū volūtatem. A quib⁹
duobus cuncte rerum humanarū dependent vices. Non enī expedit
vt deus meis rebus (licet optimis) miraculū addat. Sunt enim cūcta
ſuo ordine ꝑfici dicēte Aug. ꝙ de⁹ res quas condidit ſic adminiſtrat
vt eas agere proprios motus ſinat. Nō igitur turbatur iuſtus ob rerū
mūdi deordinationē ſed miratur diuine prouidentie diſpōnem: cui
omnia que nō intelligit/cū humilitate cōmittit. ¶ Et profecto mira
bilia caritatis ſigna deus oſtendit populo xp̄iano. Si quidem ꝓpter
xp̄ianos venit in mundū: ī ſimilitudinē hominū factus. & habitu in
uentus vt homo. phi. ii. Nec modo venit ſed & conuerſatus eſt ī me
dio eorum ſtans ſicut qui miniſtrat. Bar. iii. Nec tantū cōuerſat⁹ ſed
& pro ipſis morte turpiſſima condēnatus eſt. Sap. ii. Et poſt reſurre
ctionē ſuam xp̄ianis manifeſtatus eſt. Ioh. vl. quibus vidētibus aſcē-
dit in celum. Act. i. vnde iam ſedens ad patris dexterā ſpiritū ſanctū
deſtinauit & dedit/cuius virtute operari in populis mirabilia ꝯceſſit
An nō eſt maxime dilectionis ſignū/illud magnificum & mirabile
dominici corporis & ſanguinis ſacramētū? hoc enim eſt memoriale
ſui amoris quo nos dilexit. in cle. de reli. & ve. ſanc. An nō maximū
caritatis experimētū grauiſſimos peccatores ad penitentiā benigne
recipere? paruulis xp̄ianorū ſolis/ ob baptiſmi grām regnū ꝑdonare

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

celorum.? Chriſtianis ſiquidē ſecreta celi myſteria reſerauit/ vos (in gt Ioh.xv.) dixi amicos: quia q̄cūq; audiui a pr̄e meo nota feci vob[ Chriſtianū pplm̄ in terrorē dedit oīm gentiū. quē & ſup om̄es gl̄ia & honore coronauit. huic reges dedit nobiliſſimos: huic īperiū tribuit vniuerſarum gentiū: huic eternū cuſtodiuit ſacerdotiū. Poſtremo nichil eſt honoris & gratie quod deus populo nō contulerit xpiano: niſi ille diuino ſe indignum reddat / ex peccatis beneficio.

¶ An Chriſtus ſit diligendus vt deus.

Iam dicto q̄uo xpiana perfectio cōſiſtit in pfecta dei & proximi caritate. ꝑut deus & ꝑxim⁹ ſunt obiecta in ſe ſeparata: & ꝑut ad deū referimus amorē ꝑximi. Nūc aliq̄d breuiter dicēdū erit de ea q̄ in deū & proximū ſimul caritate ob vnionē hipoſtaticā tendit. i. in xp̄m. Eſt enī xp̄s de⁹ & hō ſimul ī vnitate ſuppoſiti: ita vt per cōicationē idiomatū quicq̄d de xp̄o dici pōt. vtriq; ꝯuenit ob naturarū vtrarūq; in eodē ſuppoſito pfectiſſimā vnionē. Et circa h̄ placet inueſtigare / vtrū diligend⁹ ſit xp̄s vt de⁹ ſimpliciter & nō vt hō: vel ſi vt hō ſimpliciter: & nō vt de⁹. vel ſi vnico dilectionis actu poſſit vt deus & hō diligi. Et q̄ ſit pfectior vtrarūq; dilectio. Et videt̄ primū nō eſſe ſimpliciter vt de⁹ diligend⁹: q̄m differentia eſt īfinita inter creatorē & creaturā ſm̄ quā differre debet caritas ad vtroſq;. Neq; enī ex toto corde diligendū nobis tradit ſcriptura ꝑximū: ſed deū. Xp̄us aūt ſm̄ eā (quā ex maria ſūpſit) hūanitatē: proculdubio creatura eſt. Igit̄ nō erit ſimpliciter diligend⁹ vt de⁹. Non tn̄ cōcedim⁹ xp̄m ſimpliciter eſſe creaturā / eo ꝙ h̄ nomē xp̄s totā importat ſuppoſiti rōnem: q̄d mixtā habet diuinitat[ naturā. Neq; enī p ſe in xp̄o inuenit̄ pfecta hoīs natura / ſecluſo deo / aut pfectā diuinitat[ rō ſuppoſitalis (vt xp̄s eſt) hoīe poſt miſſo: q̄m nō ab aīa ſola xp̄i ſuppoſitalis depēdet rō a ỽbo poti⁹ hūana ſubſtētat̄ natura / quā totā ſimul aſſūpſit in vnitatē ſuppoſiti. Ceterorꝝ aūt hoīm ſuppoſitalis rō ex aīa tm̄ & corpe iunctis accipit̄. xp̄i vero & ỽbo: aīa & corpe ſimul Itaq; perfect⁹ quidē de⁹ & hō perfect⁹ eſt xp̄s: ſed nō ſic vt vnūq̄dq; horum ſingulariter intelligat̄: ſed ſimul. q̄obrē non b̄ndici pōt xp̄m eſſe creaturā. ſed b̄n hūanitatis q̄ in xp̄o eſt naturā. Cū igit̄ inueniat̄ aliquid in xp̄o h̄ns creature ꝯditionē non videt̄ illi ea q̄ ſimplici deo debetur ab hoīe caritas eſſe debita. Dicendū deberi xp̄o (dei caritatem ab hoīe) inq̄tū ver⁹ eſt de⁹. Non enī pars aliq̄ diuinitatis: ſed tota ipſa (q̄ indiuiſibilis in ſubſtātia & in opib⁹ eſt) diuinitas ī xp̄o pfectiſſime habitat. In xp̄o ſiquidē dicit ap̄ls. habitare oēm diuinitatis plenitudinē. Sed dicis nō ſeorſū in xp̄o accipi diuinitatē: ſed ꝑut eſt carni & aīe iūcta. & ſic nō ſoluit̄ argumentū. Dico ꝓcipue deberi cuiq; cari-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tatem ſm eã que ineſt illi precipuam dignitatẽ. Precipuũ aũt in xp̄o atq; digniſſimũ eſt diuinitas: ergo illi debetur amor diuinitatis. Nã & ipſa xp̄i hũanitas ad deificam tracta eſt dignitatẽ non ꝙ caro vel aĩa chriſti deus ſit in ſubſtãtia: ſed in vnionis natura q̄ oẽm excedit ad deum creaturarũ vnionem. Non autẽ pōt vt homo ſimpliciter diligi: qm̄ non conſtituit̃ xp̄us ſola hoĩs ratione: ſed dei ſimul. Melius itaq; conſiderabitur vt deus per conceptũ vniuerſaliter terminos hipoſtaſem cõſtituentes/comp̄hendẽtem q̄ homo ſimpliciter: qm̄ ꝑ id quod a verbo diuino illa totalis xp̄i natura ſubſtãtificat̃. facile cõſideratur vt deus. eo ꝙ a p̄ncipali ſit rei denominatio. Q̄d enĩ eſt precipuum & maius in re/videt̃ eſſe ſubſtantia ei⁹. ſm philoſophũ. vt homo autẽ nunq̄ ſimpliciter pōt conſiderari/qm̄ nō per ſolam hũanitatis rõnem cõſtituitur xp̄us. Scd̄m aũt veritatem nominis xp̄i nunq̄ pure & ſimpliciter pōt deus abſq; hoĩe: aut homo ſine deo conſiderari. q̄obrem oportet mixtã dei & hoĩs eſſe ad ipſum caritatẽ. An vero vnico caritatis actu in vtrũq; feramur: dicendum ſi prout ex vnione dei & hoĩs vnicũ conſideramus obiectũ. vnico actu diligimus vtrũq; Nam ſi actus per obiecta diſtinguunt̃: nullidubiũ ꝙ vnius virtutis circa vnum obiectũ: vnus erit actus actualis. Nam fieri pōt vt circa idem obiectum/eadem potentia diuerſos habeat actus ſucceſſiuos. Nam qd̄ nunc diligo: poſt hec odire poſſum. Si vero partes ipſi⁹ vniti ſeorſum concipimus/ideſt diuinitatẽ & humanitatẽ. tunc ſi humanitatem referamus ad deum: erit vnicus in termĩo actus. ſed duplex in medio: qm̄ in medio quidẽ concipit humanitatem vt aſſumptam diuinitatem vero vt aſſumentẽ. In termino aũt conſiderat vtrũq; vt ſimul vnitum. Q̄obrem nec dabit hũanitati preciſe conſiderare diuinum amorẽ qui ei nō conuenit niſi inq̄tũ eſt diuinitati coniũcte. Perfectior itaq; ille eſt qui vt deo: q̄ qui vt hoĩ amor impendit̃. Sed profecto maximã habet amoris incitationem ꝯſiderata xp̄i humanitas vbi puerulum illũ virgine ſatum: in preſepio vagientẽ: pauperib⁹ inuolutum pãnis: inter aſinũ & bouem ſuper rudi collocatũ feno: nunc materno fotũ gremio: nũc virgineis pendentẽ mãmis: nũc caſte matris complexũ brachiis: nunc frigida lotum aqua: nunc riſu matri blãdientem deuotus conſiderat xp̄ianus. At ubi dolores experiri cepit que p̄us dulcedine plena erat caritas: in amaritudinẽ protin⁹ conuerſa. loco gaudii lachrimas preſtat. Q uale queſo cor illud erit: qd̄ conſiderata prima illa xp̄i ſanguinis effuſiōe circũciſionis tẽpore. nō pias emittat guttas. Cupit enĩ deuotus quilibet xp̄ianus lachrimis ſanguinem compẽſare. Cũ autem penalem illam egypti fugam/herodiſq; ſeuitiam/cogitauerit. vbi tenerã illam tantis viderit grauari la

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

boribus virginem. vbi penit⁹ ignotos petebat lares: vbi fortaſſis extrema premebat̄ inopia: vbi nullis fulciebat̄ amicis: vbi linguā audiebat ignotam recēſebit. Peto quis mod⁹ effundēdis erit lachrimis que amoris limitatio: reor certe nullā ibi poſſe dilectionis obſeruari menſurā. Cū aūt adulti prolixiores ad mentē reduxerit penas baptiſmum/ieiuniū/tēptationes/orationes/p̄dicationes/itinera/laſſitudines/famē/ſitim/pedū nuditatem/pia verba/ſalutarē doctrinam/miracula/pericula/pſecutiones/odia/detractiones/īpia inimicorū conſilia/lachrimas/triſtitiā/cōtinuoſq̧ dolores. que p ſalute hoīm ſuſtulit habuit atq̧ fudit. Nimirū creſcet veluti cōgeſto in ſtruem lignoꝝ igne maxim⁹ amor. At ubi mortales poſtremo paſſionis ſue penas aduerterit: benigniſſimā primo illā dñici ſacramenti inſtitutionem qua nil vnq̄ amoroſius fuit. Demum piiſſima ad apoſtolos ꝟba mentis agoniā: orōnē in orto: ſanguis ſudorē: hūanitatis metū: inde beniuolū proditori oſculū: violētas man⁹ iudeorū: rudia vincula: īmoderatos corpis tract⁹: infanda verborū impropia: deriſiones: colaphos ſputa: falſas accuſatiōes: terribiles prelatorū voces: crudeliſſima verbera: varias huc illucq̧ miſſiones: cōtinuas vexationes: populi furorem: reiterata ꝟbera: ſpineam coronā: ſputa fetida: impiā damnationem: ſeuā corpis expoliationē: crucis pond⁹: matris obuiationē: denudationē publicā: corporis dilaniationē: pedū manuūq̧ cōfixionē: publicam ꝓfuſionē: ſeptem verborū pietatē. & poſtremo mortꝭ amaram ſortē atq̧ ſepulturā. vbi queſo vis ſe ꝑtinebit amoris. vbi caritas deliteſcet. Nō ambigo fidele pectus haud ſec⁹ ac dehiſcentē apiri rupem. & pleno gurgite lachrimas eructare. Sed ꝑfecto pfectior illa inter hec erit deuotio q̄ plus dei q̄ hoīs iniuriā condolebit. O xp̄e amor & deſideriū: redēptio mūdi & nr̄a ſalus. O Ieſu caritas & fons amorꝭ. O Ieſu imoderatiſſime amator hoīm q ſic nos amaſti vt nihil poſſibile amatori reliqris. Impleſti ſiquidē oīa veriſſimi amatoris officia. cur me deſpicis quē ſic amaſti? Cur extra te quolibet diuertere ſinis? Te deprecor nec aliud a te peto/trahe me ad te. Can. vi. & pone te ante me. vt ſignaculū cor meū: vt prouideā te in ꝓſpectu meo ſemper ne cōmouear. p̄s. 15. aut dimouear ob res alias a placidiſſimo cōſpectu tuo. Collige & collectos ad te trahe & tibi iūge federe ſēpiterno/oēs ſpūs meos/oīa deſideria mea. vt ante te ſit oē deſideriū meū. p̄s. 37. & meditatio cordis mei in ꝓſpectu tuo ſēp. p̄s. 18. Nec aſpiciat me vltra viſus hoīs. Iob. 13. Abſcōde me in petra tu petra. Eſa. 2. vt ibi nidificem quaſi colūba in ſūmo ore foramīs tue caritatꝭ. hiere. 48 In q̄ & p quā me totū in te traiicias. vt iā nō mihi: ſed tibi plene viuā de⁹ me⁹ & dñs me⁹: amor me⁹ & vita mea q es bn̄dict⁹ i ſcl'a. Amē.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Qꝫ in crucis exercitio ꝟtutes theologales a fideli acquirunt.




EXplicatis nō examuſſim: ſed tumultuarie potiꝰ tribꝰ theologicis virtutibꝰ: nūc breui cōpendio qualiter ex crucis libro ſint excerpte: & qualiter inibi velut digniſſimi arboris fructꝰ oī tēpore īmarceſſibiles reperiant̃ / cōcludendū erit. Nunq̄ eni deſit hec arbor vtilis glorioſos virtutū fructus facere. Hiere. 17. Oportet enim ante oīa chriſtianū fidei fundamento crucis inniti. Nos inquit paulus p̄dicamꝰ xp̄m & hunc crucifixū. nec putanda eſt leuis fidei virtꝰ: qua in hoīe fuiſſe deū / & hūc quidē paruulorū more vagientē / vbera ſuggentem virginea. delatū regis metu ī egyptum / paulatim adoleuiſſe credimus. Nichil nobis auctētice notū / vſq̄ ad trigeſimū annum peregiſſe: ita vt pene obſcuram videat̃ duxiſſe vitam nullo egregio facinore ꝑpetrato. & hunc quidē ea vallatum pauperie vt vbi caput reclinaret locū non haberet. Poſtremo famelicū fuiſſe / matth eꝰ teſtatur dicens. Matth. 4. ꝙ poſtq̄ 40. diebꝰ ieiunaſſet eſuriit / ſitibundū pariter Iohannes edicit. Ioh. 4. vbi potū petiſſe mulieri ſamaritane / dum laſſatus ſup fontem ſederet longo

enunciat ſermone. Finaliter flagellis/vinculiſq̄/& morti addictum
turpiſſime deum credere: haud facilis eſt virtutis. Locato autem ini
bi huius fundamēto nihil eſt quod intra vel extra deiicere xp̄ianum
poſſit. Stat enim firmatus ſupra firmā petram que eſt xp̄us. Gal. 4.
Poſtꝙ̄ igitur firma hec oīa tenet fide: ſciens haud fruſtra xp̄m hec
pertuliſſe. ſed pro cōmuni hominū ſalute nimirū ſpem in eum erigit
qui (hominum grā) mala hec oīa pati dignatus eſt: ſperat autem
ſibi nequaꝙ̄ denegari/quod tanto labore precioq̄ mercat⁹ eſt. hoc eſt
gratiam in preſenti: tanꝙ̄ medium meritorium/& gloriam in futu=
ro: velut premium & finem beatum. Si enim proprio filio ſuo nō pe
percit deus/ſed pro nobis oībus tradidit illum: quomodo non om
nia nobis cum ipſo quoq̄ donabit. Ro. 8. Fidem igitur ſequitur cer=
tiſſima ſpes quā ſicut anchoram anime tutam. Heb. 6. poſſidet xp̄ia
nus. Et quoniam ſpes gaudium gignit. Ro. 12. Igitur ex ipſa que p̄=
or eſt natura/fide & ſpe animū exhilarante ob fiduciam futuri boni/
exurgit caritas. Porro in amorem eius exardeſcimus a quo nos cre=
dimus & ſperam⁹ beneficia recepturos. Et eo maior eſt caritas: quo
firmior fides: & quo debilior eſt fides. eo tepidior caritas: q̄tum cre=
dis: tantum amas. Nullus enim rem maxime diligit: quā non firmi
ter eſſe credit. ad menſuram igitur fidei metietur q̄titas caritatis. In
cruce igitur eſt omnis chriſtianorum fides. omnis ſpes & amor/ſal⁹
& refrigerium: gloria triumphuſq̄. Itaq̄ dicebat Paulus. Gala. vlti.
Michi autem abſit gloriari: niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti.
in quo eſt ſalus: vita: & reſurrectio noſtra: per quem ſaluati & libera=
ti ſumus. glorientur alii in curribus & equis/in auibus & canibus/in
lenonibus & meretricibus/in ſeruis & ancillis/in veſtimentis & io=
calibus/in diuitiis & honoribus/in armis & exercitibus/in pompis
& faſtubus/in amicitia & fauore hominum/in curia & decore prin=
cipum/in deliciis & dulcore voluptatum/in ſcientia & vanitate litte
rarum/in aſtutia & ſubtilitate cautelarum/in robore & pulchritudi=
ne corporis/in viuacitate & virtute ingenii/in filiorum multitudi=
ne/in domorum pulchritudine/in opum magnitudine/in librorum
amplitudine/in eloquentie venuſtate/in induſtrie abilitate/in vir=
tutum honeſtate. Chriſtianis autem ſola gloria ſit chriſtum in cruce
meditari/ſpeculari/contemplari/ibi fide reuiuiſcere/ſpe reſurgere/
& exultare/caritate inardeſcere & iubilare/quia ibi de⁹/ibi vita/ibi
laus & gloria. quam nobis donet Chriſtus. AMEN.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Q̄ iuſticia chriſtianorum debet eſſe perfectiſſima.




QVoniam autē dicitur per Eſaiā. Eſa. xi. & erit iuſticia cin
gulū lūborū eius. Neceſſe eſt hoc cingulū cōponere & co
aptare. More ſiquidē cinguli iuſticia medio ī corpore ho=
minē ligat & ſtringit / qm̄ in mediocritate ſm̄ philoſophū
5. ethi. c. 1. Iuſticia conſiſtit q̄ hominē ligat & ſtringit ne defluat in
pctm̄. Oportet aūt integrū eſſe iuſticie cingulum / hoc eſt vt nulla de
ſit ad actū bonū circūſtantia / qm̄ ſm̄ philo. vno nāq; modo bon⁹ eſt.
multiſq; nephandus. Relicta ſiquidem vna bonitatis circūſtantia vi
tiatur actus. Itaq; plura ad eſſe bonum requiruntur q̄ ad eſſe malum.
Om̄ino enim eſſe bonum oportet qui bonus eſſe debet: nec in vlla
ſui parte vitiatum: quia teſte Iacobo qui peccat in vno: fit omnium
reus. Iaco. 2. & multa bona perdet. Eccles. ix. Non itaq; facile dicim⁹
quempiam eſſe bonum ſiue iuſtum. facile quidem: ſed non vere. Sūt
enim laudandi ſm̄ eas quas habent iuſticie partes vel bonitatis ho=
mines: ſed non ſtatim ob vnam vel plures bonitatis partes omnino

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

boni ſunt. humilitatem in homine cōmendabilis & patientiam. So-
lent enim humiles eſſe patientes/eo ꝙ mitem habent naturam/ſed
non ſinet eum dici bonum carnis petulantia: vel diuitiarum amor/
frugalitatem in alio cōmendabis: ſed obuiabit eius bonitati ſupbia:
aut amor honoris. Zelum iuſticie laudabis in altero/ ſed prohibebit
eum eſſe iuſtum immoderatus in vltionē affectus/modeſtiam pro-
babis in alio/quem puſillanimitas remiſſioq̧ proſternet. Exiſtimo
igitur raros eſſe in terra iuſtos homines: quos vere cōplectatur/ atq̧
ſic per circuitū contineat iuſticie cingulum/ne alicubi appareat in ve
ſte morum ei⁹ plica deformis propius autem ad iuſticiā bonitatēq̧
accedit quiſquis iuſticie & bonitatis plures habet partes. Eſt enim
virtutum oim mater iuſticia quarū omniū dici poteſt impletio. ſiq-
dem virtutum aggregatione conflatur vt iuſtus vere tunc ille dicat̄
in quem virtutes gregatim omēs nulla dempta cōfluxerint. Sed &
diſtributiue ac ſingillatim vnamquāq̧ virtutē appellare iuſticiam
poſſumus (eſt enī vna queq̧ virtus iuſticie pars) & eo eſt virtus: quo
iuſtum aliquid infert. Collecte igit̄ in vnum virtutes vniuerſalē effi
ciunt iuſticie appoſitionē. Diſtributa ꝟo in ſingulas virtutes iuſticia
genericū ſibi cunctarū vēdicat nomen. nō autem ſpecificū & formale
non enī ſpecifice & formaliter iuſticia ceterarū virtutū importat diſ-
finitionē. Habet enī q̄libet virtus propriā (ex parte ſui) diffinitionis
rōnē. Ipa q̄q̧ iuſticia propriū atq̧ ab aliis formaliter diſtinctū habet
ꝟtutis nomen: & q̄ propriā in ſuo gn̄e habeat diffinitionē. Itaq̧ ſm
philoſo. 5. ethi. iuſticias oportet eſſe plures/& aliam quandā eſſe pre
ter ipſam totā virtutē perſpicuum eſt. Gn̄aliter enim iuſticia eſt tota
virtus ordinata: ſpecialiter aūt habet ſuam in ꝓprio gn̄e diffinitionē
que eſt reddendi vnicuiq̧ quod ſuum eſt: conſtans & perpetua volū-
tas. Sic enim diffinitur. Iuſticia eſt cōſtans & perpetua volūtas ius
ſuum vnicuiq̧ tribuens. inſti. de iuſti. & iu. ff. eo. ti. l. iuſticia. In eo igi
tur quod cōſtantem & perpetuam dicit eſſe volūtatem indiſſolubile
atq̧ incorruptibile dicit eſſe cingulum iuſticie/ qđ enim facile diſſol-
uitur cingulū: amittēdi crumenā continuū habet periculū/cui nō erit
quicq̄ precioſū facile alligandū. Diffinit̄ autē eſſe ꝯſtans ꝑpetuaq̧ vo
luntas. ꝓut iuſticia reſpicit ſe habentē actu ad ſeipm̄ ꝯuerſo qđquidē
nichil aliud eſt q̄ virtutis ſpecies iuſtificans ſe habentē/ ꝓut ab anſel-
mo diffinitur iuſticia eſſe rectitudo volūtatis. & hoc mō eſt habitus
inclinans ad ea q̄ iuſta ſunt volēda ſicut philoſo. dicit. 5. ethi. c. 1. Vi-
dem⁹ itaq̧ oēs talē hītū dicere iuſticiā velle: q̄ hoīes apti ſūt ad res iu
ſtas agendas. & q̄ ius agūt: & volūt iuſta. Itaq̧ iuſticie habitus incli-
nat/abilitat/atq̧ determīat volūtatē ad oīa recte/ iuſte/ordiateq̧/ &



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bene in ſe & in altero volendū. Recte quidē: quia om̄e ſecludit obliquans. puta ītentionē tortā qua pſici iuſta nichilomin⁹ ad extra poſſūt. vt eſt velle dare auxiliū indigēti ad finē malū/ puta vt ſtupro vel maleficio alteri ꝯſenſū prebeat. Iuſte vero/ qa excludit om̄es iniquitatis partes/ nihil ſupfluū/ nichil diminutū ſed equū & moderatū p oīa cōferens. vt qui mercedem reddit debitā nichil omnino demens ex debito. & qui beneficiū cōfert/ nichil omnino prodigū miſcens. Ordinate vero quia iuſticia eſt q̄ caritatē ordinat. Can. 2. nō ꝑut aliud eſt iuſticia q̄ ipſa caritas. ſed prout idē eſt ꝙ ipſa caritas: neqꝫ enī caritas aut cetere virtutes theologice dirigi p cardinales (que ſūt īferiores) poſſunt. quodcūqꝫ enī obliquatur: per aliud ſe perfecti⁹ neceſſario dirigitur. Dirigūtur ergo ſeipſis theologice virtutes eo ꝙ non habeant ſuperius ſe aliquid quo dirigātur. Cum igitur dicimus per iuſticiam ordinari caritatem/ non iuſticiam accipimus virtutem a caritate diſcretam: ſed prout ordinationē ipſius caritatis intrinſece intelligitur ſignificare. quoquidē modo Aug. iuſticiam diffinit dicens. Iuſticia que per ceteras diffūditur virtutes. eſt dilectio dei & proximi. & hoc modo iuſticia (prout ſupra dixim⁹) nomine omniū cenſetur virtutū. cōiſſime accepta. iuxta illud qđ dicit philoſophus. v. ethi. ca. i. ꝙ iuſticia eſt perfecta virtus. & ibi verſus. Iuſticia in ſeſe virtutes continet omnes. & ſic iuſtus homo omnib⁹ cōuenit qui cum moritur ſic lugēdus eſt. Heu heu vir bonis omnibus aptus erat. Bene aūt inclinare dixi/ qa omnes oportet interuenire (que ad bonitatē actus requirūť) circūſtantias. Cum autem deceat īmo & oporteat/ nō ad temp⁹/ ſed perpetuam eſſe hmōi volūtatem recte/ iuſte/ ordinate/ & bene in ſe & in altero volendi: conſtantem & perpetuam eſſe voluntatem merito dicimus eſſe iuſticiā. Nam que in malum tendit volūtas (ſi perſeuerans ſit) non conſtans ſed obſtinata poti⁹ dici debet. Non enim glorioſum eſt in malis obſtinatam habere voluntatem. Cōuerti potius & deſerere malum oportet: igitur ſola iuſticie erit voluntas perpetua que ſi perpetua ſaltim non eſt in propoſito iuſticia eſſe non poteſt. q̄obrem fundamēto cōparat ſempiterno iuſtū hominē ſalomon pro. x. & pleriſqꝫ in ſacre ſcripture locis īmobilē legimus iuſtum. non cōmouebitur (inqt. ps. cxi.) iuſtus donec deſpiciat inimicos ſuos. non ꝙ īmobilis omnino ſit in terra vir iuſtus. qui dicit ſepties in die peccare. pro. 24. ſed quia deſiderium propoſitūqꝫ nunq̄ recedendi ab iuſticia tenet. Et quidē omnia que conſilio iuſte geruntur. firmitatē habere dicuntur. C. de repu. & iu. de mo. ſubla. l. dubium. Et hec fortaſſis latiorem exigent (cum de fortitudine tractabimus) deciſionem. Cum aūt perpetua conſtanſqꝫ voluntas dicatur iuſticia. haud īiuria

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deo propriiſſime videbitur cōuenire. cuius ad omnia īmutabilis eſt
voluntas. Conſilium (inquit p̄s.32.) domini manet in ſeculum ſeculi
cogitationes cordis eius in generatione & generationē. Ego inquit
dn̄s & non mutor. Aggei. 2. Attribuit autem deo iuſticia ſm om̄es
ſue cōſiderationis rationes/excepta ratione illius que commutatiua
(ex debito) nūcupatur q̄m nullius eſt debitor deus. Diſtributiua vero
p̄ſuppoſita illius bonitate cōuenit illi. prout aūt iuſticia dicit omniū
perfectionem virtutū. quinimo eſt ipſa totalis & integra perfectio.
nulli dubiū quin deo ꝓpriiſſime ꝯueniat. qui perfectiſſim⁹ eſt. prout
vero ad iuſticiam cetere virtutes regulātur/ſic etiā deo maxime con
uenit/qui eſt omniū regulator. Prout aūt eſt conſtans perpetuaq; bo
nitatis voluntas/ſic illi ſoli proprie cōuenit. Prout aūt eſt virtus qua
iuſte redditur vnicuiq; quod iuſtum eſt. ſic eidem maxime cōgruit/
qui reddit vnicuiq; ſm opera ſua. Matthei. xvi. Et quidē in actu eſt/
in habitu aūt iuſticia. vt dixim⁹ eſt inclinatio per imperiū volūtatis
ad volendum quod iuſtum eſt. In actu vero eſt executio ipſius bone
voluntatis reddendo ſcȝ actu vnicuiq; quod iuſtum eſt. Dicem⁹ itaq;
triplicem eſſe iuſticiam. vnā quidē ſupernā que dei eſt. internam que
eſt hominis. & externā que eſt legis. De illa que dei eſt: nichil ad pre
ſentem xp̄iane perfectionis tractatum. De ea vero que hominis eſt
interna. iam dicere incepimus: q̄ eſt habitualis animi rectitudo/qua
quis bonum vult & iuſtum. & deteſtatur iniquū & malum: cui miſce
bimus eam (que eſt ex lege) iuſtitiam. cōponendo iuſticie cingulum
Triplici etenim funiculo decet cōnexum eſſe iuſticie cingulum/quia
funiculus triplex difficile rūpitur. Eccles. 4. Erit igitur primus iuſti-
cie funiculus recta voluntas diuine veluntati rectiſſime cōformata.
Secūdus pura veritas humane legi copulata. Terti⁹ ſincera equitas
exteriori facto iuſtificata. Primū quidē ante omnia oportet xp̄ianū
(ſi velit iuſtus eſſe) diuine conformem per omnia eſſe voluntati. pro
ut & ipſe chriſtus dixit. Pater nō quod ego volo ſed quod tu vis. fiat
voluntas tua. Sic enī orantes dicimus omnes. fiat volūtas tua. Et ne
quiſpiam fortaſſe nobis incognitam dicat eſſe diuinam voluntatē in
patulo eſt lex dn̄i immaculata cōuertens animas & teſtimoniū dn̄i
fidele ſapientiam preſtans paruulis. p̄s. xviii. Quiſq; igitur ab diuīa
diſcordat volūtate iuſticie non alligatur cingulo. nec eſſe iuſtus vllo-
modo poteſt. Eſt enim diuina voluntas īflexibilis rectitudo/ad quā
& perquam curuas hominum voluntates oportet omnino rectificari
Sed nunquid eam exiſtimabimus rectiſſimam voluntatē. que omni
um male geſtorum eſſe dicitur cauſa. Siquidē non eſt malum in ciui
tate quod non fecerit domin⁹. Amos. iii. Ipſe dn̄s creans pacem &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

faciens malum. Eſa. xlv. Ha quot fiunt ī hoc ſeculo mala? & domin⁹ omnia hec facit? Reſpondeo non efficere deum mala: ſed ꝑmittere. quia non eſt eorum cauſa malorū que ab volūtatis humane ꝓcedūt arbitrio. Non enim decet vt quam dedit ſemel hominibus libertatē bene maleꝙ agendi/deus eripiat. Igitur ſm Auguſtinū res quas cōdidit ſic adminiſtrat vt eas agere proprios motus ſinat. Dicit̄ tamē facere malum nō effectiue & formaliter. ſed ꝗa dedit quo fiat malum homini. videlicet voluntatē quo ad cauſam formalē/& creaturas quo ad cauſam materialē eius que fit malicie libertat(. Q( aūt ab eterno regere omnia dicitur prouidētia dei. Sap. 14. Intelligimus q̄tum ad primariam cauſarum inſtitutionē. in quibus nihil inordinatū penit⁹ reperit̄. Nō enī poteſt inordinatū eſſe quodcūꝙ diuina fit volūtate que igitur ſe ſolo vel mediantibus cauſis naturalib⁹ facit: ſemꝑ ordinata ſūt. ſic enim ordinatione ſua pſeuerat dies. ps. 118. que aūt ab hominū dependēt arbitrio/ſepius inordinata reperiūtur eo ꝙ iiuſta ſepi⁹ ipa ſit volūtas hoīm. ⸿ Scdus iuſtitie funicul⁹ ab lege ſumit origiñe. Eo enī quiſꝙ cenſetur iuſtus: q̄ iuſticiā obſeruat legis. Non enī aliūde iuſtum quicq̄ cognoſcim⁹. pleraꝙ enī iuſta viderētur niſi lege ꝓhiberent̄. vt eſt inter ſolutas pſonas coitus. quo nemini fit iniuria volentib⁹ ipis. vnde pleriꝙ philoſophoꝝ nichil naturale putarūt eſſe illicitum/niſi vel lege vel ꝯmuni hominū opinione/ illud eſtimaret̄ illicitum. In ſe autē nichil eſſe turpe vel honeſtū. Vult tamen philoſophus quedā de ſui natura eſſe illicita vt eſt mendaciū. adulterium. furtū. homicidiū & ſimilia. que & ſi nulla cohiberētur lege/nichilominus turpia & ꝓbroſa ſūt. quod & rationi videt̄ eſſe ꝯſonū. Itaꝙ ī hiis que vel p̄cipit vel prohibet diuina lex nō cadit regulariter diſpēſatio vel epykeya. qm̄ que p̄cipiūtur ſuapte natura optima atꝙ neceſſaria ſunt. vt dilectio dei & ꝓximi. que aūt ꝓhibētur de ſui natura ꝓbroſa ſunt vt furtum. mechia. mēdaciū. homicidiū. alienoꝝ ꝯcupiſcētia. ꝑiurium. & falſum teſtimoniū. In hiis vero que humane ſūt legis/potior eſt epikeya. q̄ lex philoſopho teſte. v. ethi. Eo enim eſt epykeya potior lege quia lex quidem vniuerſalis eſt / & currit in omnes non aūt videtur equū/impotentes legi eſſe ſubiectos. Igitur hos epikeya vel a toto vel a tanto legis excuſabit exactione. Neꝙ enim peccauit lex. ſed in natura illius qui ferre non poteſt legem /peccatum eſt. non tamen culpa. Si enim legiſlator ſciuiſſet vtiꝙ ab onere legis excepiſſet impotentem( .v. ethi. trac. iii. c. vl. ) q̄obrem aliquid pluſq̄ iuſtum vult eſſe philoſophus equum. Non enim conuenit exigere legem ieiunii ab eo qui ieiunare non poteſt. Sed & vbi maius euitatur malum. vel maius/& illud quidem neceſſarium/occurrit bonum: epike-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ya legem remittit. Nonne abſurdū videretur ob legem que precipit horas perſoluere non extinguere / horarum perſolutionis tempore / inſurgens in domo incendium? aut ob legem que fratribus minoribus pecuniarū vetat vſum: non ſubuenire ꝓximo morienti? Ad tēpus igitur locum. perſonas. & caſus extendit epikeya. Ad tempus / qm̄ que vno tempe vtilia fuere alio tempore noxia eſſe poſſūt. Igit quod pro temporis neceſſitate ſtatutum eſt. ceſſāte neceſſitate debet ceſſare. diſtingue inquit tempora / & concordabis ſcripturas. Nō enī ſemper eadem lege tempora regi omnia poſſunt. Ad locum vero ſe pariter extendit epikeya. ga quedam vno in loco bona ſunt & vtilia. que ſūt alibi mala & noxia atq; ſcandaloſa. dicit igitur ſi fueris rome romano viuito more. Dūmodo ille mos contrarius non ſit diuine legi. Ad perſonas etiam ſe extendit. quia habenda eſt in omnibus ratio perſone. quod enim vni prodeſt & expedit. alteri nocet & cōtrariatur. Ad caſus quoq; reſpicit epikeya qm̄ multi caſus incidunt rebus humanis. C. de vſu & habi. l. inter antiquā: propter quos oportet quādoq; moderate legē īterpretari. An vero ad xpianā ſpectet pfectionē hūanarū obſeruatio legū. pōtificiaꝝ ſcilicet / & īperaliū. Dicā nō ſimpliciter id eſſe ad pfectionē xpianā neceſſariū. niſi ꝓut pōtificie leges ab eccl'ia vim obtinēt / cui oportet omnē xpianū eſſe ſubiectū. Credimus enī vnā ſanctā eccleſiā. Ad pfectionē igit xpianā ſufficit velle legi eccleſiaſtice ſubiici. ſcire aūt & obſeruare oīa que illis legibus cōtinent ad pfectionē xpianā nō eſt neceſſariū. An vero legū tēporaliū īobſeruātia xpiani minuat pfectionē. dico ſi trāſgreſſio illaꝝ ad noxā tendat reipu. vel caritati fraterne aduerſet: ꝓculdubio īiuſtū efficere trāſgreſſorē. Si vo tyrānidē ſolūmodo deludat pncipis / nō efficere in iuſtū / puta ſi quis violentā aut īiuſtā principis exactionē fraudauerit nichil nocere ad iuſticie pfectionē manifeſtū ē. Subibit nichilominus tempalis pene piculū / ſi fuerit deprehenſus fraudē feciſſe legi. quā ſi ſe moto mēdacio poteſt effugere nichil ꝯſcientiā leſiſſe videt. Sufficit aūt ad xpiane pfectionis integritatem diuina obſeruare mandata / & que per eccleſiam fiunt inſtituta / de quibus chriſtus loquitur. Si vis ad vitam ingredi ſerua mādata. Sed profecto plures ad obſeruantiā pcepti pricipis terreni q̄ reg eterni prōptiſſimi repiunt. ¶ Porro ea q̄ eſt ex lege iuſticia ius ꝓprie dicitur quod ſm celſum eſt ars boni & equi. ff. de iuſti. & iu. l. i. ff. de origi. iu. l. neceſſariū. Ad cuius ꝯſeruatio nem conſtituitur iudex iuriſperitus per quē poſſit melius quotidie ꝓduci. Ad iudicē enī diſcordātes veniunt quaſi ad iuſtū aīatū. v. ethic. trac. i. ca. 4. Is enim iuſtū ex lege iudicat / & medius eſt inter contro uerſantes. q neq; ad vnā neq; ad alteram partē: ſed ad ſolam equitatē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

oculos intendere debet. Oculi tui (inquit) videant equitatem. ps. 16.
Nempe philoſophus. 5. ethic. trac. 1. ca. 4. obiectum iuſticie dicit eē
medium rei ſm proportionem geometricam vel ariſmeticam. Geo
metricam in rebus numerabilibus vt in pecunia. Ariſmeticā in mē=
ſurabilibus vt in petia agri. E lege igitur oritur ius. ex iure iudiciū:
quod eſt diiudicatio iuſti & iniuſti. Tūc enim dicitur iudiciū quādo
in diſcuſſionem venit cauſa propoſita. Ex iudicio vero ſequitur iuſti
cia: que eſt res ipſa iudicata ſeu conſummatio iudicii. de quo dicitur.
ps. 105. Beati qui cuſtodiūt iudicium: & faciunt iuſticiam in omī tē=
pore. ps. 93. Sed contra hoc videtur illud donec iuſticia cōuertatur in
iudicium. dico ꝙ ibi iuſticia ſumitur pro ipſa voluntate diuina/ ſeu
poteſtate iudicandi: vel prout alibi dicit. cum accepero tempus ego
iuſticias iudicabo. ps. lxxiiii. quequidem iuſticie/ etiam noſtra ſigni=
ficant opera. prout dicitur. quaſi pannus mēſtruate omēs iuſticie no=
ſtre. Eſa. 64. vel etiam accipitur ꝓ equitate/ prout dicit iudicabit po=
pulos in iuſticia & equitate. ps. ix. Audiant iudices q̄ quādoqꝫ habe=
bunt ſuas cauſas coram ſūmo iudice trutinandas. C. de iudi. l. rē non
nouam. Ea ſiquidem menſura qua ceteros iudicaueritis: vos quoqꝫ
iudicabimini ſm domini Ieſu ſententiam veram & equam.

¶ Tertius iuſticie funiculus dicit̄ ſincera equitas exteriori facto iu
ſtificata: & hec quidē iuſticia dicit̄ in duas diuiſas ptes. videlicet ī cō
mutatiuā: & diſtributiuā. Iſte enī ſm Richar. in. 3. di. 33. ſunt ptes iu=
ſticie ſubiectiue. Diſtributiua eſt ꝑ quā ſm vniuſcuiuſqꝫ dignitatem
bona cōia diſtribuunt̄. Queqdē hodiernis tpib⁹ male obſeruat̄. Eſt
enī rōni cōſonū eos pl⁹ honoris & mercedis accipe/ q̄ vtiliores reipu.
exiſtūt. Nā & paul⁹ dicit vnūqueq̄ recepturū mercedē ſm ꝓpriū labo
rē. Nūc ꝟo q̄ videt̄ inutiliores in eccl'ia ſunt q̄bus maiora donantur
bñficia quos ſcabronib⁹ haud iniuria ꝯparauerī q̄ cōpoſitos (apū la=
boribus) fauos mellis violenter depaſcūt. q̄ turpe ꝟo ſit ditare vitu=
los & inedia opp̄mi ſinere boues arātes paul⁹ recitat dicēs illud mo=
ſaicū: non alligabis os boui triturāti. Nō aūt triturāt vituli: ſed ſuper
herbā videt̄ effuſi Hiere. 50. Sic pleriqꝫ platoꝝ penit⁹ iutiles eccl'ie
dei ſolis calcādis puellaꝝ pratis incūbunt dicētes. Nullū ſit pratū qđ
nō pertranſeat luxuria nr̄a. Sap. 2. Non approbat Paulus. i. coꝝ. xi.
vnius ſitim & alterius ebrietatem. Nō approbat canō. vt qui vix vni
ſufficit beneficia ſibi vendicet plurimoꝝ. extra de cle. non reſi. quia
nōnulli. Reſtringit̄ ſiquidē in plures qđ effundit̄ in pauciores. extra
de cōſti. cū marchio. Quid enī turpius q̄ inutilē hoīem ſūmis prefici
honoribus: & q̄ porci viuit more/ pinguiſſimis decorari beneficiis?
Hos quidē porcos exiſtimo infernali coquine dedicatos. Non enim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

(niſi ad ſuos eſſent vſus cõuertẽdi) tã opulẽti grano a diabolo paſce
rẽtur. Mirũ certe inter eos qui ſũma debent regi ordinatiõe eccleſia=
ſticos viros nullũ iuſticie diſtributiue ordinẽ reperiri. Solebant olim
ꝓuidiſſimi romanoꝝ duces poſt exacta belli pericula/vnũquẽq; mili
tum pro meritis collaudare. p̄miiſq; donare. vt de ſcipiõe affricano/
p̄ſerti & iulio ceſare legim⁹: ſic et alexãder macedo. & ceteri orbis do
mitores facere ꝯſueuerãt. nec eos ad premia vocabãt: qui nichil egre
giĩ facinoris in bello patraſſẽt. Siquidẽ dignũ eſt vt is gradus p̄cedat
quẽ labor ꝓlixior fecerit anteire. C. de offi. ma. offi. l. nemo. qm̃ dignũ
eſt premia merẽtib⁹ tribui. C. de ſta. & imagi. l. fi. In xp̄i vero eccleſia
vt plurimũ retrogrado ꝓceditur ordine vt qui ad nichilũ valẽt niſi vt
mittãtur foras. Matth. v. veluti ſal infatuatũ/ad honores & p̄mia p̄=
mi euocẽtur: & qui deſudare in xp̄i agro nõ deſinũt abiectores ceteris
habeãtur. ſic res hũanas ordĩe nullo fortuna regit ſpargitq; manu mu
nera ceca. qm̃ p̄mia bonoꝝ mali rapiũt & ſupplicia maloꝝ iuſti exol
uunt: quãquidẽ iuſticie deordinationẽ. Salo. Eccl̃es. viii. admirat᷑ di
cens. ſũt iuſti quib⁹ mala ꝓueniũt quaſi opera egerint ĩpiorũ. & ſunt
impii q̄bus bona ꝓueniũt/ac ſi iuſtoꝝ facta haberẽt. hoc itaq; inquit.
Eccl̃es. ix. peſſimũ eſt inter oĩa que in terris fiũt ꝙ omnia eque eueni
ant iuſto & impio. ꝓpter quod corda hominũ implẽtur malicia &
cõtemptu. & poſt hec ad inferos deducẽtur. O q̃tas rerũ lubrica vices
fortuna verſat premit inſontes debita ſceleri noxia pena. At ꝑuerſi
celſo reſident mores ſolio. ſanctaq; calcãt: latet obſcuris cõdita virtus
clara tenebris. Hec eſt que inter homĩes diſtributiua ſeruat᷑ iuſticia
/cui⁹ nõ puto deũ in hiis preſentẽ habere rationẽ. gratiã vero & glori
am iuſte pro meritis dabit. p̄s. lxxxiii. Secũda dicit᷑ iuſticia cõmuta=
tiua que cõſiſtit in equa rerũ cõmutatione vt vel precũ vel rei equiua
lentiã que accepit alteri reddat/quã viciãt mercatores plus equo mer
ces venũdando. accipiũt enĩ plus debito. Hanc viciant qui debitũ di=
minute ſoluũt q̃to magis qui om̄ino negãt? Itaq; per iuſticiã diſtribu
tiuã ſeruat᷑ equalitas ſm̃ proportionẽ geometricã videlicet vt de bo=
nis cõitatis diſtribuatur ei qui vtilis eſt vt duo duo. & ei qui vtilis
eſt vt vn⁹ vnũ. Per iuſticiã vero cõmutatiuã ſeruat᷑ equalitas ſm̃ q̃=
titatem valoris que eſt pecuniarũ vel alterius rei ſatiſfactio ſm̃ rei ac
cepte valorẽ. Ah quotiens hui⁹ iuſticie frãgitur cingulũ. Si enĩ quo=
tiens rũpitur totiẽs pecunias amitterẽt mercatores. Iam nil ſupeſſet
quo mercimoniis dare operã poſſent. Fortaſſe hoc eſt cingulũ de quo
dicit᷑ Pro. vl. Cingulũ tradidit chananeo id eſt extraneo: q̄a nult illud
pro ſe/accipiat alter iuſticie cingulũ. dicis. & ego malicie lucrũ. Iuſti
ciã ſiquidẽ facile pro pecunia cõmutabũt. Nam & vbi ipſa quoq; iuſti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cia in merces aduenerit. venalis inter homies efficief. horrēdū certe vt in crimē adducaf iuſticia/per quā crimia depellūtur. Auro tamē venūdaf iuſticia. xi. q. 3. paup. quā neq̄ ad nūdinas deferre vēdendi cā neceſſe eſt. ſiquidē in omni foro promptos habet emptores atq̄ vēditores. Te plango o infelix iuſticia que ad man⁹ eoꝝ deueniſti apud quos nulla eſt tue ratio dignitatis. qui te mundi reginā (vtiq̄ legitimā) inter viles eorū merces/ac ſi canapū aut pānus eſſes/miſerabiliter & turpiter deputarūt. cōmuniq̄ foro ac meretrix ꝓſtituta (lenonū tuoꝝ precio) veniēda donaris. quo igif freno deinceps crimia cōpeſcenf. poſtq̄ frenū ipſū quoq̄ trāſiuit in crimē? qualem aūt deceat eſſe legū iuſticiā hiis vſib⁹ declaraf. Que dea iuſticia? & quid toruo lumie/flecti? Neſcia/ſūm lacrimis/ nec moueor precio. (Iudex eni nō debet moueri calamitoſoꝝ lacrimis. ff. de offi. pſi. l. obſeruādū) vnde genus? Celo. qui te genuere parentes? Mi modus eſt genitor. Cana fides genitrix. cur gladiū tua dextera gerit? Cur leua bilancē pōderat hec cauſas: ꝑcutit illa reos. Auriū aperta tibi cur altera et altera clauſa eſt? vna patet iuſtis. altera ſurda malis. Cur ſola incedis? q̄ copia rara bonoꝝ eſt. hec q̄ ferūt paucos ſecula fabricios. paupere cur ſēper cultu? Iuſtiſſim⁹ eſſe qui cupit imenſas nemo parabit opes. Ex ꝓmiſſis aūt accipim⁹ iuſticie hoīs cingulū duplici funiculo principaliter nexū videlicet ea que ad ſeipſū/& ea que ad ꝓximū vel deū ē iuſticia. Et is quidē qui ad ſeipſū eſt funiculus triplicē habet fili ꝯnexionē. qm̄ primo reſpicit bene oīa volēdi habitū. vt ſupra expoſuim⁹. Secundo cōſtantiā atq̄ perpetuitatē ꝓpoſiti. Tercio aūt actū qui in executione ipſius ꝯſiſtit & legū obſeruatione. Similiter & ea pars que ad ꝓximū reſpicit triplici filo cōgeritur. qm̄ aut eſt legū diiudicatio aut bonorū publicorū diſtributio. aut rei ꝓprie cōmutatio. Prim⁹ quidē funiculus iudices & cōſulares reſpicit homines. Secūdus vero principes & prelatos/ac bonorū publicorū diſpēſatores. Tertius vero ꝑcipue mercatoꝝ eſſe videtur. Videāt igitur iudices/an integrū ſeruauerit cingulū: ne fortaſſis nimio donorū aut fauorū pōdere fuerit in aliqua ſui ꝑte corruptū. Videāt & ꝓncipes prelati & ceteri cōium rerū adminiſtratores: ſi iuſte cuiq̄ ſm bene merita cōtulerūt. Inter quos etiā cōuētuū noſtroꝝ exhortatos haberi diſpenſatores velim. vt melius laborantib⁹ in eccleſia (vel alibi fratribus) maiorē quādoq̄ refrigerande ſitis cōferant gratiam. Nebulones vero & ocio marcētes a ſuo depellant penore fratres. Iuſt⁹ eſt xp̄ian⁹ primū iuſticia fidei qua per xp̄m qui nobis factus eſt iuſticia. i. coꝝ. i. Iuſtificati oēs ſum⁹. Ro. v. Iuſt⁹ deinde erit: ſi deo amorē tanq̄ optimo: honorē tanq̄ ſūmo. timorē tāq̄ iuſto/& omnipotēti preſtauerit. Iuſtus demū erit/ſi in ſeipſo rectam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hñerit intẽtionẽ. ppoſitũ ſanctũ & firmũ. volũtatẽ piã. deſideria vero ordinata/ affectus moderatos. & equos effect⁹. qui in legis adĩpletione cõſiſtunt. Iuſtus poſtremo ſi ad pximũ ſeruauerit equitatẽ/ digniorem pl⁹ honorãdo. maiorib⁹ obediẽdo. creditorib⁹ integre ſatiſfaciẽdo. cõmiſſũ fideliter diſpẽſando. fidẽ ſeruãdo. vitatẽ dicẽdo. equale in pmutationib⁹ tribuẽdo. leges iuſte ſeruando. iudiciũ iuſtũ iudicando Ad hec accedũt ſuperogatiõis xpiane pſilia vt ſe totũ deo dedicare. aliena nõ rapere vel detinere. ſed etiã propria pauperib⁹ & ĩdigẽtib⁹ erogare. in legibus plus pietatẽ q̃ rigorẽ attẽdere. Eſt enĩ mitigand⁹ rigor iuris pietatis intuitu. C. de ſacro ſanc. eccle. l. ſancim⁹. Nonmõ adulteriũ fugere ſed etiã matrimoniũ. Nõmodo digniores ſed etiã ĩdigniores honorare. Nõmodo moderari quo ad tẽporalia deſideriũ ſed omnino reſpuere. qui hec fecerit iuſt⁹ eſt. vita viuet. Eze. xviii. & non morietur inetemum. qa generatio iuſtorum a deo & hominib⁹ benedicetur

## ℭ De liberalitate.

Liberalitas virt⁹ eſt qua/ vbi/ quãdo/ quomodo/ & qb⁹ oportet pecunie diſtribuũt̃. Pecuniarũ autẽ nõie intelligũt̃ oĩa quoꝝ dignitas nummiſmate mẽſurat̃ vt vult philoſo. 4. ethi. c. i. Liberalitati aũt opponũt̃ illiberalitas/ tenacitas/ pcitas kynibilis auaricia. Illiberalitas eĩ in duob⁹ manifeſta eſt vcʒ in nimis retinẽdo: & hii tenaces parci & kynibiles dicũtur. Scdo in nimis accipiendo & hii auari & acceptiui. quos reprehẽdit ſapiẽs eccleſiaſticus dicens. nõ ſit man⁹ tua ad accipiendũ porrecta: & ad dandũ collecta. Hoc modo illiberales ſũt alioꝝ retinentes mercedẽ. q̃ diuia lege precipitur ſtatim reddenda. nec vſq mane a veſpero retinenda Leui. xix. Quicũq etiam ſolutionẽ aut denegant aut remorãt̃ creditorib⁹ dare. quos bene ſapiens reprehẽdit. Eccli. 29. in promiſſionib⁹ inquit hũiliant vocem/ & oſculãtur man⁹ dantis. In tempe vero redditionis poſtulabit tẽpus. & loquetur verba tedii & murmurationũ & tps cauſabit̃ et ſi potuerit aduerſabit̃. Solidi vix reddet dimidiũ. & computabit illud quaſi ĩuentionẽ. Si autem fraudabit illũ pecunia ſua & poſſidebit illũ inimicũ gratis: & cõuicia & maledicta reddet illi. & pro honore & beneficio reddet illi ptumeliã. Sed dicit Alanus Non facile velli poteſt quod tenet ab vnco. Nec es a loculo quod tenet auara man⁹: ſed pcipit dñs reddere quod debes. Terra eĩ iactum ſuper ſe reddit ſemen. alĩas maledicto pxima iudicatur. heb. vi. Mare quoq mortua ſaltim reddit corpa. Spongie tenax habere videtur ſimilitudinẽ. que ſuſceptũ nõniſi preſſa reddit liquorẽ. Sic vi debitũ a tenacibus extorquere opʒ. Illiberales quoq ſũt & kynibiles auxiliũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſiue amico ſiue paupi neceſſariū denegantes. Quos Amb. hoim vocat occiſores dicēs. Paſce fame morientē: ſi nō pauiſti: occidiſti. 86. diſt. Egenoꝝ inquit ē panis: & nudoꝝ ē veſtimētū: & captiuorū eſt pecunia. quā tu ī archa recludis. 47. di. ſicut hii. Sūt etiā ſepe ſibiipſis inutiles hmōi kynibiles quos Iuuenalis ingenue carpit dicens. Seruorū ventres modio ſeruatur iniquo. Ipſe quoq; eſuriens nec enī oīa ſuſtinet inquā mucida cerulei panis ꝯſumere fruſtra. heſternū medio ſolitus ſeruare minuta ſeptembri. necnō differre ī tempa cene. Cum furor haud dubi⁹: cū ſit manifeſta freneſis. Vt locuplex moriat̄ egēti viuere fato. Interea pleno cū cingit ſaculos ore. Creſcit amor nūmi ꝗtū ipſa pecunia creſcit. Sic & catho dicit. Eger diues habet nūmos: ſed nō habet ſeipſum. Eſt inquit Salo. pauper cum in multis diuitiis ſit Pro. xiii. Non ſatiabitur inquit eccleſiaſticus pane indigens & in triſticia erit ſupra mēſam ſuā. talis ſm Senecā. nullo fine beatas componit opes/ gazis inhiās/ & ꝯgeſto paup in auro. Ille īquit nūmos aurumq; recondit. neſciens vti ꝑpoſitis. metuēſq; velut ꝯtingere ſacrū. Propter quod meliorē tenaci & parco dicit ꝓdigum. eo ꝙ prodigus multis. tenax vero nulli ꝓdeſt nec ſibiipſi. Si quis arguat meliorem prodigo tenacem/ eo ꝙ tenax fortaſſis ab alieno abſtinebit. nichil alteri dare cupiens. ꝓdigus vero cupiens aliis dare vndequaq; forſitā accipiet. Quo enī magis cupit dare: eo mag(is) cupit habere vt donet/ Qobrem ſi deſint ꝓpria/ rapiet aliena. Item prudentior eſſe tenax ꝙ̄ prodigus videtur. qui futuros ꝓſpiciēs caſus/ prouidet ne īpoſterum egeat: prodig⁹ aūt nihil hr̄e videt̄ prouidētie. Item quia tenax oportuno in tēpore vtiliter ſuata poterit erogare. in reipu. maximū fortaſſe auxilium. ꝓdigus vero qm̄ inutiliter oīa effudit nichil auxilii ꝑſtare oportuno ī tempore poteſt. Dicendū nō eſſe tenacē vicioſe eū qui prudenter cuſtodit ſubſtantiam & eo aīo vt oportuno proſit tempe prouidus enim non tenax eſt dicēdus. At qui aliena rapit nō eo ꝓdigus eſt/ quo rapax eſt. rapiens enim aliena neqꝙ̄ ꝓdigus eſt. ꝙobrem aſſentio peiorē tenace rapacem. ſed nō prodigū. In ſecūdo illiberaliū genere auari acceptiuiq; ꝯſtituūtur. & hii quidem tenacibus peiores ꝓpius enim ad rapaces accedunt. Siquidem min⁹ eſt malū propria retinere/ ꝙ̄ aliena ꝑdari: ſeu cōcupiſcere quod auaroꝝ eſt/ facilius inquit philoſophus non accipere ꝙ̄ dare propria inquit min⁹ emittunt/ ideſt difficilius/ ꝙ̄ non accipiant alienum. Sic igitur virtuoſius eſt dare ꝓprium ꝙ̄ non accipere alienū. ſic vitioſius eſt ꝯcupiſcere ſeu accipere alienū ꝙ̄ nō effūdere ꝓpriū. In auaroꝝ aūt atq; acceptiuoꝝ gn̄e ſunt latrones. vſurarii. meretrices. aleatores/ qm̄ ab his (vt ait philoſophus) accipiūt quibus potius dare debuerāt: ad turpia enī quelibet

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

auaricia cogit. Quid nõ mortalia pectora cogis auri ſacra fames?
¶ Prodigalitas aũt liberalitati exceſſu eſt contraria. Dat enĩ ꝓdig⁹ qñ quib⁹ & vbi nõ oportet effunditq́ꝫ inutiliter opes. Eſtq́ꝫ oĩs prodigus aut ſuperbus: aut voluptuoſus: aut inſipiẽs. Sup̃bia enim prodigum facit. vt ſupra q̃ deceat aut ꝯmode poſſit/opes effũdat oñtatõis cauſa. vt pleriq́ꝫ ſolent principũ veſtibus atq́ꝫ apparatibus vti inſufficientem ad eũ faſtum habẽtes ſubſtantiã. Propter quod pauperie finaliter opprimunť. Et hii quidẽ rane boni ſe cupienti aſſimilare cõparãtur. que dũ bouis magnitudinem inflatione voluit adequare/nimio turgida crepuit flatu: quia inquit ſcp̃tura pl⁹ fecit q̃ potuit. Ideo periit. Voluptatibus quoq́ꝫ prodigunť opes: meretricibus: lenonib⁹ adulatorib⁹/mimis/venatoribus dando. quib⁹ dare illicitũ iudicať. 86. diſt. Solent aũt prodigi ſepe illos ditare/quoꝝ vtilius fuiſſet diuitias extenuare. Siquidẽ diuitiis male vtuntur: & tanto deteriores q̃to ditiores efficiunť. Nam philoſo. 2. mo. ca. 3. dicit dñatum & potẽtiam offendere hoĩem neq̃: & ideo ſicut egris corpore vinũ & cetera de ſe bona auferunť: ſic habentib⁹ malam aĩam/vtile erit carere domĩatu & diuitiis quib⁹ male vterenť. Philoſoph⁹ prauiſſimos dicit ꝓdigos: & multas ſimul hr̃e malicias. Nã & mendaces aut rapaces aut luxui deditos oportet ꝓdigos. Quo enĩ aĩo intẽperatiores eo in emẽdis voluptatib⁹ effuſiores. Neq́ꝫ enĩ exceſſiuo emerẽt p̃cio voluptates: niſi eas inordinatiſſimo q̃q́ꝫ appeterẽt deſiderio. Porro extrĩſeca bonoꝝ ꝓdigalitas intrinſecã aĩ intẽperantiã manifeſtat. Corruptus animus/opes effrenate corrũpit: neq́ꝫ enĩ diuitie (ſed mal⁹ earũ vſus) hoĩem efficiũt malũ. Diuitiis nãq́ꝫ ceteriſq́ꝫ gratis datis bonis cõtingit bñ maleq́ꝫ vti. Indifferẽtia enĩ de ſui ſunt natura. q̃ ſicut neq̃ offendũt hoĩem. ſic & bonũ adiuuãt ad bñ beateq́ꝫ viuendũ: prout ap te Salo. atteſtatur. Eccl'es. 7. dicens vtiliorẽ eſſe ſapientiã cum diuitiis: pluſq́ꝫ prodeſſe videntibus ſolẽ. Qui autẽ ab alieno abſtinet/nec proprium dat/nequaq̃ liberalis ẽ. ſed inq̃tũ ab alieno abſtinet: iuſt⁹. vt vero nihil alteri ꝓfert kynibilis atq́ꝫ tenax. Tantũ enĩ differũt alienis abſtinens: & ꝓpria recte donans: q̃tum a priuatione habitus.
¶ Liberalis aũt hilaris nichil enim ex triſticia aut ex neceſſitate. 2. Coꝝ. 9. ſed delectabiliter donat: ſciẽs qm̃ beati⁹ eſt dare q̃ accipere. Neq́ꝫ raptor neq́ꝫ iniuſt⁹ aut turpilucri ſectator erit. Non enĩ liberales ſunt alienis reb⁹ ꝓprias (& has quidem iuſte habitas) opes liberalis donat. Nullus autẽ alienarũ datione opum liberalis exiſtit. Demum liberalis nihil mercedis ex datione intendit: ſed vt ſolã munificentiam oſtendat. ff. de do. l. i. Hanc ſibi quodãmodo nobilitas legẽ imponit: vt debere ſe quod ſponte tribuit eſtimet. & niſi in beneficiis

ſuis creuerit. nichil ſe preſtitiſſe putet. extra de dona. c. i. Sic Titus eã ſe diem amiſiſſe dicebat qua nihil dederat. quẽ oppoſito modo pleriq; imitanť / qui eã arbitranť vacuam / tranſegiſſe diem. qua nichil lucri queſierint. Plures enĩ acceptiui ſunt q̃ datiui: & plurimi eorũ qui donant / mercedẽ intendũt. Qui autem recõpenſari affectat non liberalis ſed mercẽnarius eſt. Quo liberalitatis genere nũc fere oẽs vtũtur homines. Notandũ dicit notabile philoſoph⁹. nõ datorũ magnitudine: ſed cõpenſata ſubſtantia liberalem iudicari. Quid enĩ ſi potẽs dare centum tribuat decem / & vix ſufficiens ad ea decẽ tribuerit / equa vtriuſq; erit liberalitas? nequaq̃. Si qui minus reliquit ſibi liberalior. Sic & xp̄us viduam duob⁹ minutis in gazophilatio oblatis / plus ceteris obtuliſſe iudicauit / nec enĩ plus habebat. Liberalẽ igitur oportet propriũ nõ alienum dare: & illud quidẽ nulla mercedis cauſa / prõpte. Nulla tẽporis aut animi dilatiõe donũ minorãte / alacriter. Nulla interueniẽte triſtitia in dando ſeu penitẽtia poſtea datũ ſubſequẽte: poſtremo merentibus & dignis amicis & paupibus. Non autem quibus auferendũ potius erit: quia vel male opibus datiſq; vtuntur. Igitur xp̄us vocandos ad cõuiuia paupes (nõ diuites) iuſſit. Sed nũc ea eſt mundi cõditio vt ſemp habenti deť / & a pauperib⁹ habitũ auferatur. Iniuriam tñ facit ortis q ſtillam ꝓiicit in mare: in flammam flãmas: in mare fũdis aq̃s. Sed nõ reor eos liberalitatis cã dare / q donant diuitib⁹. qm̃ vel fauores vel future cuiuſuis ꝯpenſationis videť accedere intẽtio. paupi vero donãs / nihil hmõi ſperare ab eo põt. prauificari nihilomin⁹ donũ etiã in pauperẽ põt: ſeu inani gl̃ia: ſeu obſequii / aut libidĩs cã. ꝑut ſolẽt paupibus dare puellis lubrici / q̃s ꝑpheta ingenue rephendit ĩpropans q͛ poſſideãt ꝑ argẽto egenos: & pauperes ꝑ calciamẽtis. Amos. 8. Solẽt aũt liberalius effundere opes (philoſopho teſte) q partas accepe: q̃ qui acq̃ſiere / qm̃ opus ſuũ q̃ſq; appetat cuſtodire. Sicut enĩ artifex op⁹ ſuũ diligit: ſic & ꝯquiſitor opũ corrũpere nõ patitur eas q̃s ꝑſertim ſudoratis laborib⁹ acq̃ſiuit. Qui ꝟo cumulatas nullo ſui labore repiunt opes: facile ſpargũt ignari q̃tus ſit earũ cumulatiõis labor. q̃obrẽ facile redeũt in pauperiẽ. Non enĩ poſſibile eſt diuitem diu eſſe liberalẽ: qm̃ effundit ſemp libenti⁹ q̃ accipiat. Cauſanť nihilominus (inquit philoſophus.) fortunã q͛ digni exiſtẽtes nõ ditenť / ſed nihil eſt fortune improperandũ / quod homo patiť ꝑpria culpa. Exiſtimo autẽ grati⁹ eſſe liberali dare bñficium q̃ accipe: et dona q̃ diuitias. eo q͛ laudẽ ex datiõe (nõ aũt ex ipis opib⁹) accipiat. Nemo ei recte laudať: qa diues / ſed quia dat. Ideo inqt philoſoph⁹ tyranni multitudine poſſeſſionis non laudãtur. Accipiet nihilomin⁹ etiã liberalis vñ oportet: quia nõ eſt poſſibile a nullo acci-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pientem oībus dare. Non enī exceſſiuas agit expenſas liberalis:ſed ſ̄m ſubſtantiā:alias ꝓdigus nō liberalis erit. Et ſi qn̄ inutiles fecerit expenſas triſtabit̄:quia ex hoc dandi facultas vbi oportet aufertur. Virtutis enī ē triſtari & delectari quib⁹ opꝫ. Qui aūt nō triſtat̄ nec delectat̄ inſēſibilis eſt:nec hūana eſt inquit hmōi inſenſibilitas. Prodigus aūt nec delectat̄ datis/nec cōtriſtat̄ amiſſis. Non eſt aūt malus ꝓdigus:ſed inſipiens. & ꝓdigalitaſ quidē vitiū etate & egeſtate ſanat̄. Auaricia ꝟo inſanabilis/qm̄ quo ꝗ plus eget: plus appetit. & quo plus antiquat̄:plus auareſcit. Senect⁹ enī & egeſtas auariciam augent. Dicit enī philoſo. ꝙ ſenect⁹ & īpotentia illiberales facit. Prodigus aūt haud longe ab liberali diſtat:qm̄ dat nō accipiens. paulatī vero ad mediū reduci pōt. vt moderate (nō accipiens) tribuat/qm̄ deficiente ſubſtantia ex īmoderata effuſione reſtringit̄. velociter enim derelinquit eos ſubſtātia:qm̄ ꝯſumptiui ſūt. Plures aūt ſunt acceptiui ꝗ̄ cōſumptiui. qm̄ plures pecuniaꝝ amatores ſunt ꝗ̄ datores. Sūt aūt quib⁹ placet nō dare:neqꝫ accipere. & hii quidē liberales non ſunt allegant aūt ſeruare ſe bona ſua ne rapiāt aliena. vel ne qd turpe operentur. ¶ Liberalitatē nequaꝗ̄ exercēt ꝑ̄ncipes (ex pauperū ſubſtantia) diuitib⁹ dantes. Non enī egeni fiunt/dando ꝗ̄s ab egenis & ſubditis exigūt opes. Nihil ꝑfecto indigētie pati ex datione intendunt. Aliorum ꝟo coriis/largas facile conficiūt zonas. Principē itaqꝫ (digne habitis) cōuenit eſſe munificū: & hac quidē liberalitate macedo alexander: Iulius Ceſar & pleriqꝫ alii militū duces ampliſſimum cōquiſierūt honorē. ¶ Nulla eſt aūt amplior liberalitas ꝗ̄ xp̄iane pfectionis. Xp̄us enī primū ſeip̄m liberaliſſime obtulit copioſā ꝓ nobis redēptionē ſoluēdo. ps. 129. pro inimicis etiam ſatiſfaciēdo caritatē ſuā demōſtrauit. Ro. 5. Hec eſt larga & ꝓdiga liberalitas cum ꝗs tribuit ſeip̄m. & vbi donator venit in donū. vt dicit̄ in cle. de reli. & ve. ſanc. In cuius maxīe liberalitatis ſignū pectus apertū in cruce hoīb⁹ prebuit: atqꝫ toto ex corpore ſanguis riuos effudit. quo exciti exēplo xp̄iani ſeipſos volūtarie deo ſacrificāt. per obediētie votū: & quelibꝫ bona pro nihilo ducūt pauperib⁹ erogātes. oēm ſubſtantiā dom⁹ ſue tribuentes pro caritate nihili reputantes. Canti. vl. Etenī maior eſt chriſti ad nos ꝗ̄ noſtri ad eum caritas. Ille ſiquidē liberaliter p̄mo dilexit nos. (teſte Iohāne.) Nos autē iam debito aſtricti eū diligim⁹. Neqꝫ aliud illi donare poſſum⁹: ꝗ̄ qđ ab eo accepim⁹. ꝗ̄ de manu tua accepim⁹ (inquit dauid) hec tibi donamus. Itaqꝫ liberales in eū vix eſſe poſſum⁹: qm̄ nō niſi quod ſuū eſt illi offerre valem⁹. Libera nihilominus eſt hoīs in deū dilectio. qm̄ libertate arbitrii (ꝗ̄tūlibet obligatus) non diligere deum pōt: neqꝫ enī elicere actū cogitur. Q̄obrē



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gratum accipit deus voluntatis mun⁹. licet id agere homo teneatur quo vt mihi videtur exēplo laudandi ſunt. qui (licet debitū) aliquod faciūt bonum. Superexcellit igitur xp̄iana liberalitas oīm mūdi huius opū dationē. qm̄ & precioſiora: & vtiliora tribuit. id eſt hoīs voluntatem per religionis votum: & puriore etiam offerre docet modo: id eſt nihil terrenum pro mercede intendens. ſed ipſum celi: terreq̨ opificem deum. qui ſua liberalitate regna nobis conferat ſempiterna. AMEN.

¶ Q̃ perfectionis xp̄iane decor: eſt animi fortitudo.




Fortitudo & decor. Pro. vl. indumentū eius. Chriſtiane p̄fectionis indumentū & decus eſt ipſa animi fortitudo quā ex xp̄i in cruce pendentis dextera xp̄iani ſuſceperūt. Null⁹ vnq̄ in fortib⁹ xp̄o ſimilis fuit/ accinxit enī fortitudine lumbos ſuos. Exo. xv. roborauit brachiū ſuum. In cuius quidem brachii virtute. Eſaye. 40. portauit agnos/ id eſt innocentes & iuſtos xp̄ianos. ad habitaculum ſanctum ſuū portaſti inquit eum in fortitudine tua ad habitaculū ſanctum tuū. Exo. xv. Fortitudinem autē multi-

plicem oñdit xp̄us in cruce pendens:qm̄ in tollerando tanta fuit ma=
ior eius fortitudo:q̄to pena grauior/& anim⁹ p̄ptior. Nullus autē
grauiores vnq̄ penas aut mortis acrius aliq̄d genus potuit ſuſtinere.
Fortitudo autē animi eius/oīm fortiſſimoꝝ virtutē exceſſit/ideo di
cit moyſes Exo.xv.quis ſimilis tui in fortibus dn̄e?& quidem ꝑ infi
nito reipu.bono (nō autem pro re qualibet friuola) ſeſe morti dedi=
cauit. In iuuando aūt fortiſſimū dedit auxilium pſalmiſta. Dn̄s for=
titudo mea:adiutor meus & liberator me⁹.q̄obrem admirabanť an
geli xp̄m in fortitudine gradientē in celū:dicentes Eſa.63. Quis eſt
iſte q̄ venit de edon tinctis veſtib⁹ de boſra. Iſte formoſus ī ſtola ſua
gradiens in multitudine fortitudīs ſue.p̄s.20.exaltatus enī eſt in vir
tute ſua:& portauit ſup̄ ſe totius mūdi pond⁹ dicente Eſaia. Eſa.53.
dn̄s poſuit in eo iniq̄tates oīm noſtrū. Ad vexillum igitur ſancte cru
cis/quod eſt illud in nationes eleuatū a dn̄o ſignū. Eſa.xi. fortiſſimi
conueniūt xp̄iani milites cui⁹ aſpectu & ꝟtute roboranť in acie/&
eam ſortiunť fortitudinis virtutē vt nullis vel cedāt:vel ſuccumbāt
bellorū temptationib⁹. Nulla ve tela formidēt: poſtremo nec ipſam
horreant ꝑ xp̄o ſubire mortē. Sic enī vnus horū dicebat. Ro.8. Cer=
tus ſum enī quia neq̄ mors/neq̄ vita/ neq̄ angeli/ neq̄ principatus/
neq̄ virtutes/neq̄ inſtātia/neq̄ futura/neq̄ fortitudo/ neq̄ altitudo/
neq̄ profūdum/neq̄ creatura alia poterit nos ſeparare a caritate dei
que eſt in xp̄o Ieſu dn̄o noſtro. Poſt hunc vide innumerā fortiſſimo=
rum cateruā martyrum.de quib⁹ dicit ꝓpheta. Naū.2. Clipeus for=
tium eius ignit⁹:viri exercitus in coccineis. aſpect⁹ eorū quaſi lāpa=
des quaſi fulgura diſcurrentia. Hic vide Stephanū alacri aīo dū lapi=
dibus obruitur/orantē pro emulis. Hic vide Laurentiū in ſartagine
frixum/ad aliā partem ſe verti inuicto aīo poſtulantē. aſſatum in=
quit eſt ex vna parte:iam verſa & manduca. Hic vide Vincentiū in
uicto animo tormēta vincentē. Aſpice gl'ioſum Sebaſtianū: nec ſa=
gittis:nec flagris:nec gladiis:nec fuſtibus quoquomō cedentē. Geor
gium/xp̄oforū/bonifaciū/mauriciū cū illo exercitu thebeoꝝ. alioſq̄
innumeros chriſti beatiſſimos martyres.nullum horrere penarū ge
nus.ſed conſtātiſſime pro chriſti noīe mortē excipere/qua glorioſiſſi
me defuncti ſunt īmortalem gl'iam aſſecuti. Ipſius autē fortitudinis
xp̄iane ſpiritualia ſunt arma cuius thorax eſt animi cōſtantia in per
ferendis aduerſis. Galea vero victorie ſpes. Clipeus autē ignit⁹ eſt
chriſti amore. Gladius magnanimitas in arduis aggrediendis. Lā=
cea incorrupta fides. Calcaria vero ſunt in beneceptis perſeuerantia.
Equus autem hanc nobilem ferens panthaſileam/eſt ipſa determi=
nata voluntas frenata ratione. ¶ Dico igitur fortitudinis thoracem



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſſe animi conſtantiā in perferendis moleſtiis. in quarū ſufferentiā Aug. fortitudinē ponit. In ſuſtinendo triſtia ꝯſiſtit fortitudo. 3. ethi. ca. 14. Iuſticia inqt eſt in ſubueniēdo miſeris. Prudētia in pcauendo inſidiis. Fortitudo in pferendis moleſtiis. Tempantia in cohercendis delectationibus prauis. De hiis dicitur in libro ſapientie. Sap. 8. Sobrietatē & prudentiā docet iuſticiā & ꝟtutem fortitudinē. Que quidem om̄es virtutes cardinales ſm Hieronimū in xp̄o pleniſſime fuerunt & ſunt. de cuius plenitudine nos accepimus.

¶ In duobus videt̃ conſiſtere fortitudis̄ virtus. videlicet In ſufferēdis equo aīo malis. Et in aggrediēdis magnanimiter arduis / & hec om̄ia perſeueranter. Magnanimū ꝟo philoſo. 4. ethi. c. 4. dicit oportere bonū eſſe & ꝟtutibus precellere / qm̄ ſi magnis ſeip̄m dignificat oportet eū eſſe magnis dignum. Alīas enī ſi magnis ſeip̄m dignificat indignus exiſtēs non magnanimus: ſed chaymus eſt. Puſillanimis autem eſt qui minoribus q̄ mereatur contentat̃. Qui vero paruis dignꝰ cōtentat̃ / temperatus eſt. Qui vero indignus om̄ino magnus haberi appetit ſiue opibus: ſiue nobilitatis origine. Seu fauoribus aut apparatu ſeipſum oſtentans: inſipiens eſt. Qui enim bona hec externa magnū aliquid eſtimat: magnanimus eſſe nō pōt: quoniam magnanimus nihil magnū reputat / maioribus enim q̄ ſibi ab hominibus dari poſſint / dignum ſe arbitratur. Itaqꝫ ſuperior eſt oīm fortuna. q̄obrē nō appetit parua: ſed qđ maiꝰ dari pōt. Nihil aūt maius eſt hon ore quem deo damus. Itaqꝫ qđ diis maxime conuenit magnanimus appetit: qm̄ nil maius dare homīes poſſint. Eo aūt ꝙ nec donatum ab hominibus honorē magnanimus aliquid magnū eſtimat / oſtendit aliud eſſe virtuoſo dignius cōueniens premiū. quod a deo in eterna retribuetur vita. q̄obrem vere magnanimi ſunt xp̄i milites qui mundi honores nichili pendūt. Sed ſi iuſte qđ eſt maximū ſibi deberi eſtimat magnanimꝰ: neceſſario ipſe optimus eſſe debet. qm̄ nōniſi ꝟtuoſus honore premiat̃. Virtutis enī premiū eſt honor qui ſolis attribuitur bonis. ergo qui ſummū appetūt honorē oportet optimos eſſe: quales ſancti eſſe dicunt̃. Porro ad hec oportꝫ talē eſſe magnanimū vt nihili ducat momētanea quecūqꝫ mala. queadmodū & nihili pēdit quecūqꝫ ſimilia bona. Alios autem pluſq̄ deceat appetet maximū honorem magnifaciens / & timens malum / cuius ſolo neglectu fit honore illo maximo dignus. Itaqꝫ non recte appetet premium optimū. nō exiſtēs ipſe optimꝰ. Non igitur inſoleſcet magnanimus pſperis. nec franget̃ aduerſis. eo ꝙ vtrāqꝫ nō magnifaciat fortunam. Sic philoſophus dicit fortunatū magnanimū neq̄q̄ gaudioſum eſſe: neqꝫ infortunatū triſtem. Ideo deſpectores vident̃ eſſe ma-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gnanimi:q̃uis conferre ad magnanimitatem dicat bonā fortunam. qm̄ nobiles & potentes honore dignificanť: licet ſm veritatem ſol⁹ bonus ſit honorand⁹. Pauci igitur eruut magnanimi/quia difficilis ea ſit maxima virtus. ❡ Exiſtimo autē eam eſſe veram animi fortitudinem qua future beatitudinis intuitu pn̄tis vite moleſtias/ egritudines/miſerias/opprobria/deiectiones/diffamationes/inopiam/perſecutiones/verbera/atq̧ ipſa mortis pericula/inuicto animo toleramus. Nempe ſi tēporalis cuiuſlibet rei gr̄a fortiter aliquid, agere videamur non vere habet fortitudinis rōnem. Sic etenī philoſoph⁹ aperte declarat nō veram habere fortitudinē eum q vel cogente duce ꝓgreditur in certamē. Vel qui pudore victus:retinet pede(quam mouit animo) fugā. Sic etiam qui lucri gratia res arduas audacter aggreditur nō videť fortitudinis partes attingere. Stipendiarii igiť milites qui non tutādē patrie aut reipu.zelo.nō amicoꝝ vel affiniū defenſandorū:ſed ſolius lucri gratia/res arduas agunt in bello/non ſunt numero fortiū aſcribendi. Oportet enim dignā eſſe cauſam que moueat ad periculū ſubeundum ſeu fortiter ferendā (que infertur) moleſtiam. Non enī om̄es qui patiuntur/ſed qui propter iuſticiā tm̄ modo patiuntur beati a dn̄o predicanť. Matth.5. Si quid (inqt Petrus.1.Pe.2.)propter iuſticiam patimini beati eſt(. Quis aſſerat eū qui ob cōmittendum ſtuprum vel furtum in maxima ſeſe coniecerit pericula/fortem merito dici? cauſa eſt que dat vel aufert fortitudinis nomen/humane operationi. ſicut non ict⁹ fuſtiū: ſed cauſa irrogat infamie notam.ff.de hiis qui no.infa.l.ictus.

❡ Cauſam itaq̧ dignā:animū quoq̧ liberum & modū equitatis frenatum libramine ad vere fortitudinis actū concurrere oportet. Porro ſi metum aut pudorem aut vim aliquam anim⁹ patiatur nequaq̃ libere agit. Sunt enim hec om̄ia libertati contraria. Non enim fortitudo metum admittit aut vitium.eſt autem om̄is cōcupiſcētia vitiū q̄obrem fortis eſſe nō pōt/qui vel metu vel ꝯcupiſcētie cuiuſlibet rei gr̄a/rem aggrediť arduā. Sic enī quendā fortiter egiſſe regnaldū.al's meticuloſum/fabulanť qui robore corporis preditus ignauo nimis animo (fouebatur) cumq̧ ad apri venationem vna cum ceteris acceſſiſſet/accidit aprum ad eum venire locum.quem Regnaldus tremens obſeruabat qui viſo furente apro in domunculam fugit quem perſequens aper ingreſſum ī eandē habuit.ſed clauſū ſua ſpōte oſtiū rurſus aperire non potuit. Aſcendens vero in ſolarium Regnaldus tracta ad ſe ſcala/& per feneſtram egrediens/captiuum domi incluſum reliquit aprū.percūctantib⁹ vero frigido r̄ndit ꝟbo. vidiſſe qdē & auribus ab ſe captū in domunculā conſtitutū:qđ vidētes conſocii



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſortitudinē regnaldi cepere mirari ꝙ aprū per aurē in domū truſiſſet.
Sequenti die ſimiliter accidit vt vrſus ad locū regnaldi tremētis au-
dacia obſeruatū/adueniret quo viſo fugit regnaldus in arborem nu-
dis circūdatā ſtipitib⁹. quē furens vrſus inſequens in arborē nitebat᷑
aſcendere.ſed captus acuto inter ſcapulas ramo/ captiuus pependit.
tunc alia ex parte arboris regnaldus deſcēdens reliquit vrſum. Inter
rogat⁹ a ſodalibus an ne vidiſſet vrſū. reſpondit vidiſſe.& eum pe-
dibus arreptū arbori pepēdiſſe/quod videntes ceteri in admirationē
operꝝ regnaldi venere. Poſt hec cū exorto tubaꝝ clāgore in hoſtes
ruerēt/qui ex parte regnaldi erāt/equus cui regnald⁹ inſidebat/īuitū
in certamē deducebat regnaldum /ſed forti gutture ꝓcedens valens
equus armatū inter hoſtes deduxit trementē regnaldū/ qui impulſu
equi atꝗ armorꝝ.multos ignorās ꝓſtrauit.ſed qm̄ currētē equū nulla
poterat vi retinere īuentā a caſu veterē in via ſituatā ex ligno crucē
amplexat⁹ eſt/quā vi equus excurrēs auulſit: hanc regnald⁹ āplexās
iterū inter hoſtes equo impellēte deuenit / & īpulſu crucis valide plu
res hinc inde proſtrauit:ſicꝗ accidit vt belli victoriā regnaldo attribu
erent qui crucis ſpectaculū viderant & ex tunc regnaldus valens ap-
pellatus eſt qui inuitus inter hoſtes magnalia fecit. Ad riſū hec di-
cuntur. Sufficiat nobis eū ſolū ꝓbare fortē qui libero res arduas ꝯple
ctitur animo.nulla vi/nullo metu/nulla deniꝗ ꝯcupīa in actu īterue-
niēte. Modū quoꝗ requirit fortitudo. vt nō efferate quiſꝗ̄ ſeſe ꝓcipi-
tet in ꝑicula.ſed ꝓut ratio atꝗ equitas ſuadebit. Audaces nō fortes
ſūt qui ſpreto moderamīe ꝑicula ſubeūt.Cōſiderat enī fortis vt ꝑfice
re ex ꝑiculo poſſit & in ea ſe ꝑicula cōiicit que vel ꝓbabiliter ſupare:
vel ſaltim euadere nō deſperat.Sic Iaſon aurei velleris certamen ꝓ-
poſitum licet difficile tamen non omnino impoſſibile aggreſſus eſt.
At ubi nullus eſſe poteſt fructus. virtus locū nō habet. Superb⁹ igit᷑
nō ꝑtimeſcet timorē.Eccli.32. Traducit enim deus in audaciā qui ſe
ignorant.Sap.xii.Quicūꝗ igit᷑ ſine cauſa deſꝑata ſubeunt pericula/
temerarii/audaces atꝗ ſuperbi vocantur/mediocriter autem fortis
timet & audet. Timet quidē quādo & quod oportet.quādo enim in-
utile cernit. ꝑiculū refugit.& infamiā deiꝗ offenſam timet. qui autē
nec deum timet nec pudorē.fortis non eſt. qa nec virtuoſus. fertur co
ram rege duorū militum fuiſſe concertatio / quis audacior eſſet.erāt
enim vtriꝗ fortes.reſpondit vnus abſꝗ dubio ſe audaciorem. quia al
ter nōniſi bene ordinata conſcīa & iuſte protēdebat in bellum : itaꝗ
ſolo corporis periculo regi obſequebat᷑: ipſe vero nulla cōſcientie ha
bita ratione in omnia ſeſe pericula precipitabat amore regis.& ideo
audacior / quia non modo corpus ſed & animā periculis exponebat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

An vero in rebus deſperatis poſſit conſiſtere fortitudo ſi quis querat
dicendum ſi non queſitum ſit deſperatum periculum: conſiſtere forti
tudinem in tolerantia eius: querere vero/ demētis eſt. fortis eſt ani-
mi contemnere vitam/non odiſſe tamen vitam. ſed amare/virorum
eſt. Sūt itaq; plures fortitudinis partes videlicet magnanimitas que
precipue in aggrediendo res arduas conſiſtit. Patientia que in equa-
nimiter tolerando moleſtias. Longanimitas q̄ in diutina malorū p-
peſſione. Imperturbatio animi ſeu equanimitas que in ipſa moleſti-
arum patientia hilarem cuſtodit animū & vultum. Conſtantia. que
perturbationū imperturbata excipit ictus. ſpem habens future felici-
tatis/& perſeuerantia quam diximus calcaria figere forti. Sūt enim
qui facile res arduas aggrediātur & impetu quodam videātur deiice
re omnia. At ubi reſiſtentiam paulo duriorem inuenerint: remittūt
calorem. paulatimq; tepeſcunt. & ſi fortior inſtet perſecutio. deſerunt
benecepta. & penitentia quādoq; dicuntur eorū que beneceperint. In
fugam vero turpem poſtremo (ſi perſequant̄) aduenīūt. quodquidē
turpe puſillanimitatis vicium eos plerumq; inſequitur qui feruenti⁹
atq; inconſulti⁹ res arduas aggredi ſolent. Si enī ea gallis ineſſet per
ſeuerandi que aggrediendi conſcientia & virtus. vix quibuſlibet ab
hoſtibus ſuſtinerētur. Sed Iulius ceſar gallos non laudat perſeuerā-
tie ſicut aggreſſus. Sed dicit philoſophus. Qui vero lentiores ad ag
greſſus accedunt: in ferendo reſiſtentie onere continuatiores haberi
ſolent. vt normānorum dicunt eſſe naturam: qui donec viderint effu-
ſum ſanguinem non ferueſcunt. At vbi viderint: effreni ſeſe animo
inter arma proiiciunt. Sic & omnium rerum preceps initiū: inglorīū
parere ſolet finem: hereditas (inqt. Salo. pro. 20.) ad quam feſtinatur
in principio: in fine benedictiōe carebit: ſic & ſtultus totū profert ſubi
to ſpiritum. ſapiens aūt differt & reſeruat in poſterū pro. 29. debile
principiū melior poſtremo fortuna ſequetur. inquit ouidius. Et ſunt
qui fortiter aliquid audeant/nec reſiſtentie metu deficiāt. ſed laborū
impatiētia deſerūt quod magno animo inceperūt. & hec quidē theu
tonicorū eſſe natura ſolet. Nō enim reſiſtentiū metu ab aggreſſis de
ſiſtūt bellis. ſed laboris īpatientia. Sūt alii qui & fortiter aggrediūt̄/
& reſiſtētes nō verētur. & ꝑſeuerātie moleſtias ad tēpus patiēter fe-
runt. ſed vbi lōgior īcūbit labor ad murmuratiōnē deficiūt ꝑut mace
donib⁹ cōtigit poſt ꝑſidis īperiū ſubiugatū: tedebat enī eos indefeſſū
ſequi ducē alexādrū. & hii qdē magnanimi eē videt̄. atq; patiam hr̄e
nō aūt lōganimitatē. Romanoꝝ ꝟo exercitū ea ꝟtute legim⁹ ꝑditū
extitiſſe/ꝑſertim ſcipione atq; Iulio ducib⁹/vt & fortiter q̄cūq; aggre
derent̄ ardua. viriliter aggreſſa ſuſtinerēt: patiēter atq; lōganimiter

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

belli moleſtias ferrēt: & vſq; ad finē ꝯſūmate victorie ꝑueniret. Tales hiſpani & anglici mihi eſſe videtur. Non memini quandoq; anglos obſediſſe vrbem quā nō ceperint. Sed animo quidē & corpore valēt. vt opibus ipis experimur. Ad lōganimitatē ſupaddit aliquid pfectionis impturbato ſuſcipe animo que vel aggreſſuri vel paſſuri ſum⁹ ardua/qđ ad equanimitatē videtur attinere. Nō enī oēs qui fortiter aggrediūtur ardua vel patienter ferūt aduerſa. īperturbationē animi habent. Qui autē hec oīa impturbato ſuſcipiūt animo haud dubiū virtuoſiores exiſtūt. Eſt enī difficile & rarum nō aliqualiter in rebus arduis pturbari. quod & xp̄o videtur accidiſſe. qui dixit. Anima mea turbata eſt. Iob. xvii. licet nichil vicii aut culpe ponamus in xp̄o. Sed videt̃ ꝓſumptuoſū ponere īperturbationē animi / quā xp̄us hominū pfectiſſimus nō habuerit. Si enim poſſibilis homini fuit: in xp̄o eſſe debuit: ſi aūt īpoſſibilis ē homini: fruſtra ad virtutē fortitudinis adiicit̃. Si dixer( xp̄m habuiſſe pturbationem que ſine vicio / abhorrēte mortē ſenſualitate/ ꝓceſſit. bn̄ quidē et illam talē qualem peto an ſit poſſibile hominem nō habere? Exiſtimo ꝙ ex quo xp̄us ea nō caruit nec alium quē piam ea caruiſſe neq; īpoſterum carere omnino poſſe Minus tamen alius alio perturbatur. quequidē animi pturbatio icōſtantem aut meſtū reddit vultū: ſicq; xp̄us cepit pauere & meſt⁹ eſſe. Conſtantia vero ſupra equanimitatē addit ꝙ non modo in actib⁹ fortitudinis homo nō formidoloſū aut meſtū ſe oſtendit. ſiquidē pallēt formidoloſi verūetiā abſq; trepidatiōe iteriori hoīem acuit ad fortia facta. ¶ Prima igit̃ pars fortitudinis eſt poſſe pati & hec quidē patientia ſufficit ad ſalutem iuxta verbū xp̄i In patientia veſtra poſſidebit( aīas veſtras. Secūda vero eſt lōganimitas que lōgiore nō fatigatur expectatiōe rei deſiderate/dicēs. Nō ꝯfundas me ab expectatiōe mea. quaquidē omnis pfectus fulcitur xp̄ianus. Futura ſiquidē expectat & que vltimo loco retribuūtur bona: xp̄ian⁹ ꝓducere itaq; ſpem debet ſuam vſq; ad vltimū vite. Et nō modo ī longa rei expectatiōe. verū etiam ī diutina atq; longiore calamitatis perpeſſione cōſiſtit lōganimitas. qua pollēt vel qui egritudinē vel miſeriā patiūtur diuturnā. Tertia vero eſt ꝯſtantia que nonmodo patientē reddit ſed etiam hilarē atq; īperturbatū ī tollerādo & expectādo hominē. Sic ap̄li ibāt gaudētes a cōſpectu cōſilii. qm̄ digni habiti ſūt pro nomine ieſū cōtumeliā pati. Vñ philoſo. ii. ethi. dicit ꝙ qui gaudēter ſuſtinet pericula dicit̃ fortis. Cōſtantes ergo eſtote qm̄ videbit( auxiliū dei ſup vos. & hec tria ī ſufferēdis moleſtiis ad fortitudinē ſpectāt. Ad eā vero fortitudinis ptem que ī arduaꝝ reꝝ aggreſſu conſiſtit: tres alie ſpectāt partes. Quaꝝ prima ē magnanimitas. que hominē ad moderatum

ardue rei certamē īuitat. Nec ſi quid titillatiōis habeāt ī aggredien=
do ideo magnanim⁹ eſſe deſinet. Sufficit enī vincere eū (quē abiicit)
metū ita vt rem aggrediat̃: nō obſtāte metu. Impauidū autē philo=
ſophus dicit fortē: nō autē ſic ꝙ nihil oīo timeat: ſed qđ timēdū nō eſt
Infamiā quippe atꝙ peccatū deūꝙ timere oportet fortē. al's enī for=
tis eſſe nō poteſt qa nec ꝟtuoſus. Sūt qui fictā habeant fortitudinem
vt qui ad res arduas obeūdas cogūtur. al's nō obituri. vt quē ṗnceps
hector cogit inire bellū. Alii qui pudoris cauſa. & hii quidē paulo pl⁹
virtuti appropriant. ſic etiam leones auſtrales ferunt venatorē fuge=
re quoad videātur / & viſos ſeſe fugientes intelligant. Tunc enī pu=
dore victi gradū ſiſtunt & in ſe querētes excādeſcūt. Sic pleriꝙ ob pu
dorē ſpectantiū viriliter quedā operātur alias neq̄q̄ facturi. Alii qui
ex habitu & experiētia. vt experti milites & naute cōſueta ſpernētes
ꝑicula. Alii qui furore acti precipites ī ꝑicula ſe proripiūt. 3. ethi. c. 13.
Impetuoſiſſim⁹ enī eſt furor ad ꝑicula. lucan⁹. Iuuenit arma furor &
homer⁹. ꝟtutē immitte furori. & ꝟtutē furore erige. furore autē acte
fere ī vulnerātes ferūtur. Furorē autē coopari philoſophus dicit forti
fere aūt furioſe propter triſticiā agūt qa timēt vulnerari. Nā ſi eſſent
in loco tuto: nō aduenirēt. Nō igitur inquit ſūt fortes dolore & furore
īpulſe ad ꝑiculū. nihil ꝑiculoꝝ ꝓuidētes. Alii qui ex amētia & īſania
pene inſēſibiles ſūt: hii enim nō timēt / qa nec ſentiūt neꝙ intelligūt.
Alii per audaciā & cōcupiſcías vt adulteri & latrones q terribilia au=
dēt. Hii enī tāto diſtāt a fortitudīe q̄tū a virtute latrociniū atꝙ adul=
teriū. Alii qui fortiter pugnant vt delectentur ex vindicta. qm̄ non
propter bonum: ſed propter paſſionem operantur. Alii qui confiden
tes adiutorio ſociorum. qm̄ non ſibi ipſis imittuntur. Alii qui confi=
dentes fortune. qm̄ videlicet ſepe vicerunt. vt Iulius ceſar: qui timēti
nauclero ob maris tēpeſtatem traiicere dixit: ſcias te ferre ceſarem
& fortunā eius: non enim virtuti ſed bone ſorti innituntur. Igitur in
repentinis precipue fortis agnoſcetur. qm̄ in talibus agit ſm̄ preexi=
ſtentem habitum. Item ignorantes periculum. qm̄ vbi alter eſſe vi=
derint q̄ ſuſpicabantur: fugient. Notandum tamen ꝙ ex frequenta=
tis actibus generatur habitus. vt dicit philoſophus. ii. ethi. ꝙ aſſueti
contemnere & ſuſtinere terribilia / efficiuntur fortes. & effecti for=
tes: maxime poſſunt tollerare.

¶ Secūda fortitudinis pars poſt magnanimitatē / que metum deuī
cit. michi videtur eſſe ſtrennuitas. que metū omnino ſecludit. Porro
is ſtrēnuus eſt q ſepoſio metu (quem nec ſentit) res arduas conſulens
aggredit̃. Nō enī ad ſupādū laborat metū: q̄admodū fortaſſe magna
nim⁹. & hoc qđ eſſe nature mun⁹ arbitror videlicet neq̄s tiore vllo ī

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rebus arduis afficiatur. ꝙobrem virtute nõ excellit magnani mũ:qm̃
voluntatis impio magnanimus timorẽ nature inſitũ exuperat. Siq-
dem ab volũtate prodit virtus:non aũt a natura. Strennuus igitur ꝙ
nature dono timorẽ nõ ſentit/nec in vincendo eũ vim facit:nihil vir
tuoſius magnanimo habet:quin fortaſſis magnanimꝰ eo aliqd ꝟtuo
ſius agit qa impedimentũ vincit virtuoſe actionis impio volũtatis.
Sed nõ adequat naturali virtute ſtrennuũ/qui timoris nõ habet im-
pedimentũ. Eſt enĩ quiſqꝫ natura ꝑfectior/quo minꝰ habet impfectio
nis. Impfectionẽ aũt quandã in natura dicit ille (quẽ magnanimꝰ la
borioſe exupat) metus. Non tñ ab ſtrẽnuo excludit̃ ille qui ad rerũ
prouidentiam requirit̃ metꝰ/al'as enĩ virtuoſus nõ erit:qm̃ ſine rõne
ruet in audaciã. Sed illũ accipimus metũ qui in ipſo fortitudinis ex-
pedito actu ſeu executione:quandã aĩo formidoloſitatẽ naturaliter
ingerit/quẽ ſtrennuꝰ oĩno nõ ſentit/natura id operante. ꝙobrẽ nõ eſt
eo minor magnanimꝰ:qui paſſionem habet inuitus. Impoſſibile eſt
enim nõ inſurgere aliq̃tulum paſſiones. Non eſt autem dubium in-
ter paſſiones naturales metum annumerari.

¶ Tertia fortitudinis pars poſt magnanimitatẽ michi videtur eſſe
virilitas que nõ modo ſe ponit metũ/verum etiã ſpernit oĩno piculũ
vbi & qñ viderit eſſe ſubeundũ. In quoquidẽ fortitudĩs gñe mihi vi-
detur fuiſſe ꝯſtitutꝰ ſpartanarũ rerũ leonidas. Alexãder macedo. ac
Iulius ceſar/excellenter aũt ſuper oẽs ip̃e xp̃s. Qui volũtarius inter
impioꝝ arma furentiũ ſeſe inermis ꝓiecit:atqꝫ mortẽ ardenti aĩo ex
cepit pro ſalute fideliũ. Plures quoqꝫ ſancti martyres qui ſpontaneã
ſubiere pro xp̃o mortẽ. Non enĩ expectarũt donec ad ſe accederet pe
riculũ:ſed q̃rentes ad ip̃m acceſſere. Nec ideo irrationabiliter egiſſe
dicendi ſunt:quia periculum (quod fortis non appetit) ſed illatum
vel neceſſarium alacriter ſubit/hii queſierunt. Cauſa enim id exige-
bat:& premium infinite felicitatis promouebat. Decet enim eo ar-
dentius ambire periculum:quo precioſius illud ſubeũti promittitur
premium. Certamen (inquit Ouidius) magnum: premia magna
mouent. Si igitur ob hoĩm laudem licet neceſſarium ſubire periculũ
non ambigam ob celeſtem gloriam licere illud ambire: atqꝫ remotũ
querere & introire propinquum. Sicut enĩ immoderatus non poteſt
eſſe in deũ amor:ſic illiꝰ gr̃a nullum ĩmoderate poſſumꝰ ſubire picu-
lum. Clipeo ſpei fortitudo ꝓtegitur. Quis enĩ niſi aliquid ſperãs ar-
duas res volẽter aggredit̃ aut illatas patiẽter moleſtias ſuſtinebit?
Etenĩ fortis ſuſtinet gr̃a boni.i.ꝓpter finẽ bonũ.3.ethi.ca.xi. Duplicẽ
vero reſpectum habere pôt ſpes ꝙ fortitudinẽ ſubleuat. Auxilii vide
licet & lucri. Nam qui affuturũ ſperant auxilium fortiter aliqd agẽt:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt qui ciuitates & caſtra ſpe futuri tuētur auxilii. quo ſpe fruſtrantur. Sic & aggrediētes hoſtē ſuppetiarū ſpe nōnunq̄ decepti / turpiſſima ſuccūbunt morte. Quotquot autem xp̄iani mala iniuſte patiūtur. auxiliū ſemper ſibi de celo quādoq̄ affuturū promittūt. qua vigorati ſpe fortiter omnia ferunt. Sic griſogon⁹ anaſtaſiam ſpe celeſtis roborabat auxilii: Conſtantes (inquit ſcriptura) eſtote / videbit auxiliū dei ſuper vos. Qui vero in neceſſitatibus adeſſe omnino auxiliū deſperant: vix vnq̄ aliquid fortiter agent. eo q̄ deſperatio robur eneruat corporis: & animū aufert. licet nōnunq̄ deſperatio maximū ſit in vltimis neceſſitatibus adiutoriū. Fortiſſima ſiquidem in p̄iculis quandoq̄ eſt deſperatio. Itaq̄ contrarios parit ſepe deſp̄atio effectus dum quoſdē fortiores. alios vero deiectos reddit. Gladiū aūt huius armate virginis. dico eſſe xp̄i diuidentē caritatem omnia. Hoc enī gladio fortiſſimi xp̄i milites patrem matrēq̄ affineſq̄ omnes amicos & patriam (indiſſolubili aīas nodo) cordi herentes abiiciūt: queadmodū gordianum nexū alexander inextricabilē ſuo abſcidit gladio vt quintus curtius ruffus refert. Fortis eſt enī vt mors dilectio (Can. vi.) per quā ſeparatur hō a patre. a ſocro nurus. a matre filia. & ab amico domeſticus elongatur. hoc fortitudinis genere qui religionis induūt habitum p̄cipue decorātur. Quid enim fortius agere homines poſſūt q̄ xp̄i amore gratiſſima quelibet vt patrē & matrē fratres ſorores amicos. & quecūq̄ poſtremo oblectatiōe animū detinēt obliuiſci: atq̄ ſupernorū intuitu terrena oīa pro nichilo reputare? limatiſſimū certe oportet eſſe gladiū quo duriſſimi carnaliū voluptatū nexus abſoluāt.

¶ Lanceam vero fortitudinis dico īcorruptā eſſe fidem qua hoſtes quoſlibet inuiſibiles ſuperam⁹ / firmitatis deiicientes īpulſu. Nec enī ad acerrima quiſq̄ certamina vbi terribiliū omniū qnādoq̄ ipſā mortem terribile vltimū experiri neceſſe eſt / alacri animo p̄ſiliret: niſi futurorū fidem haberet certiſſimā bonorū. quorū cōparatione p̄ſentia oīa nichil ducat p̄ut ſupra de magnanimo dixim⁹. Quomodo igit̄ magnanim⁹ aut fortis ille predicabitur qui nō modo ſubire pericula: patiq̄ dura preſto eſt. ſed neq̄ delectationib⁹ atq̄ voluptatib⁹ abſtinere poteſt. Porro facilius eſt abſtinere voluptatib⁹ q̄ moleſtias pati Et ſi honorē quoq̄ ipſū nichil magnū eſtimat magnanimus: quomō talis erit qui diuitias & parua quelibet magnificat / longe honorib⁹ inferiora? Perſeuerantiā vero calcarium more cenſeo forti īfigere ſtimulos ne vel a beneceptis laſſitudine tedio ve deſiſtat. aut p̄iculorū ſiue malorū multitudine deficiat. multos dicit Gre. de pe. di. ii. bene incipere qui male finiūt. Dn̄s autē nonniſi p̄ſeuerantē vſq̄ in finē ſaluum fieri dicit. Matth. 24. Nō reuertebātur aīalia ſed p̄grediebant̄

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

que vidiſſe teſtatur Ezechiel. Eze. i. aſpicientem retro vxorem loth cōuerſam dicit in ſtatuam ſalis ipa ſcriptura. Geñ. xviii. Quobrem & dominus eum qui miſſa ſemel manu ad aratrum / poſtea retro aſpicientem: ineptum dicit regno dei. Fugaces enim sūt qui bene cepta relinquūt. ſiue tedio ſiue labore ſiue timore deuicti. Tedio nōnulli deſerūt benecepta. uxta illud. ps. Dormitauit anima mea pre tedio. quod accidie vicium eſt. Non enim labore vincūtur quē ferre adhuc fortes ſunt ſed ignauia atq; torpe animi. q̄ filii iſrael trahebant ceptū iter ad promiſſionis terram per deſerta faſtidiētes atq; in egiptū redire cupientes nūeri. xiiii. viliſſimorū eſt cordiū huiuſmodi bonorū operū derelictio. ❡ Labore aūi vincunt qui ſi vſq; adeo vires exuperet vt perfici opus nequeat / excuſantur. Impoſſibiliū enī non eſt obligatio ſi autem nō vires ſed animū labor euicat / fuge ſimilis erit operis benecepti deſertio. vnde in ſiluā adductos iuuenes pfidis cirus in finem vſq; diei pmiſſe tribulos excindere ꝯpulit. quos dapib⁹ in craſtinum & ocio atq; deliciis ampliſſime munerauit. Sepe igitur xpiani recuꝑande ieroſolime labores ad tēpus valētiſſime aſſumpſerūt: ſed mox victi laborib⁹ quieuere. Sic etiā nōnulli moleſtias ſeu egritudines i pncipio quidē fortiter ferūt: ſed ſi paulo amplius perſeuerēt deficiūt nec pati diu moleſtias poſſūt. Nō eſt dubiū (vt ait philoſoph⁹. 3. ethi. c. 14.) quin om̄is labor ſit triſtis. & mors & vulnera triſtia ſunt forti. ſed tn̄ ſuſtinet qm̄ bonū eſt ſuſtinere. & nō ſuſtinere malū & turpe. Timore autē nōnulli benecepta relinquūt. vt milites q̄s philoſoph⁹ dicit aduenīēte periculo & viſa multitudine atq; apparatu timidos effici. adeo vt primi arripiant fugam. cū ſit illis turpe fugere. & mors tali ſalute eligibilior. 3. ethi. ca. xii. Nā & puniri capite leges mandāt eū qui prim⁹ ex acie fugam inchoauerit. ff. de re mili. l. omne delictū. Apoſtatas igitur & quot quot xpi ceptā deſerūt imitationē quocūq; deficiāt / fugaces rite cenſemus religionis vero deſertores tedio & mala volūtate. nō autem labore / nec timore vt plurimum vincūtur. Labore neq̄q̄ facile vincūtur. qm̄ nō eſt itolerabilis (mediocri viro) religionis labor. fingis (inq̄t pſalmiſta. ps. 93.) laborem in precepto. Timore etiā neq̄q̄ vincūtur qm̄ nulla eſt religioſis expectatio mali. ē enim timor expectatio mali. 3. ethi. ca. xi. timem⁹ enī oēs mala / puta malā opinionē: inopiā: egritudiuem. iimicitiā. mortem. paruarum autem rerum (vt ibidē vult philoſoph⁹) nō eſt proprie timor. neq; ſi parua quis audet / ſpreta flagelli periculo / fortis ē. Circa terribilia eſt timor & fortitudo. & preſertim circa mortem que eſt omnium terribiliſſimū. eo q; ſit omnium bonorū & malorū terminus. qui autē oīa etiā minima timet meticuloſus ē. Talis igitur erit religionis auſte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ritatem(que parua eſt)timens. Fortis aūt impauidus eſt circa terribilia & preſertī circa ea que improuiſo & repente accidunt vt in bello/in mari ī egritudine. Neqꝫ fortiū numero aſcribūtur qui belli aut maris habentes expientiam piculum quod euitabile cognoſcūt nō timēt.inexpert( timētib⁹ qm̄ nō fortitudine ſed habitu hec faciūt. In religione autē nichil tale accidit repentinū/ quod illic potiuſq̄ alibi timeam⁹. Preuiſa enī ſunt omnia religionis onera. q̄re nec vt terribilia nec vt repētina timorē gignūt. Deficiūt igitur vel tedio vel malicia qui retro aſpiciunt.quare imbeciles & mali ſunt.

¶ De patientia que eſt fortitudinis pars.

PAtientiā eſſe fortitudinis ꝓpriam partem dicimus eo ꝙ ſit virtus qua feruntur equo animo moleſta. Et in ea quidem tres ſūt gradus. Primus nāqꝫ turbationē tantūmodo tollit. Secūdus in patiēdo leticiam preſtat: ſicut dicitur ꝙ apl̄i ibant gaudentes a cōſpectu cōſilii qm̄ digni habiti ſūt pre nōie ieſu cōtumeliam pati &. Ro.v. gloriamur ī tribulationib⁹ qm̄ tribulatio patientiā operatur.patientia vero ſpem que nō cōfundit. Tercius gradus patientie nō ſolū in illata moleſtia leticiam gignit. verū etiā affectū accendit.adeo vt homo appetat moleſtias. veluti lucroſas optime rei merces.ꝓut videtur Iob expetiſſe dicens. Quis mihi det vt veniat petitio mea/& quod expecto tribuat mihi deus. vt affligens me dolore nō parcat/& hec erit ꝯſolatio mea? Iob vi. Hec quidē patientia opus perfectum habet. Iaco.i.& in hac patientia poſſidere dicit dn̄s animas noſtras. Matthei.24. In primo autem patientie gradu non habetur plena cordis requies eo ꝙ nō omnino pacifica ſit poſſeſſio.vt.C.de acqui.& re.poſ.l.nemo ambigit. Dicitur ea vera facti poſſeſſio que omniū aduerſariorū ſilentio obtinetur. Patientem vero in primo gradu ꝯtendere ꝯtra aduerſa oportet/que adhuc moleſta ſentit.repugnantis aūt nō eſt perfecta anime pax. & ille quidem cōtinētis habet rationē.temperat⁹ vero ſcd̄m obtinet.& heroicū terci⁹. An vero virtutis habeat rationem appetitus malorū/ ſufferentie cauſa dicendū neq̄q̄ naturale homini ineſſe patiendi deſideriū / qm̄ ſuapte natura refugit malum.cuius ſimpliciter nullus eſſe appetitus poteſt Intentione tamen futuri lucri/ optari malum poteſt eo ꝙ ad bonum aſpiciat. Non enim appetit malū ſimpliciter ſed ob lucrum ex eo pretenſū.appetit⁹ itaqꝫ ad bonū non ad malū fertur. Cum autē appetere bonū ſit virtutis: ſequitur appetētiā moleſtiarū reſpectu boni eſſe ꝟtuoſā. Erit autē videndū quib⁹ in reb⁹ cōſiſtat patiā & vniuerſaliter oīa ꝯprehendēdo. Dicem⁹ tot reb⁹ cōſtari patientiā: quot aduerſis īpeti homo poteſt. Qui igiť nondū omniū moleſtiarū genere preſ-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſus eſt. gloriari ſe vere patientē nō poteſt. licet etiam vnico perfecte lato malo verā homo patientiam dicatur habere. & patiens quidem ea in moleſtia/ſed nō omnino patiens fieri poteſt: vt qui vnā patienter moleſtiā tulerit: aliam neq̄q̄ ferat. Itaq̄ nullus plene probatus patiens/niſi omnia expertus ſit mala/& in hiis quidē omnib⁹ patiēs. ſicut vero prudens plene qui totam hominis vitā bene cōſiliat̄. Nō eſt igitur magna eorū patiētia qui paucis grauari ſe querūtur moleſtiis At qui pati ſua fortiter vult aduerſa/nō ea que patitur: ſed que deſūt cogitet mala/& gratiam conferri plurimam ſibi arbitrabitur. q̄ illis careat malis. que poſſibilia illi fuerant accidere/niſi repreſſiſſet deus. Et quidem vnico mortali peccato debita iuſte oīa ſunt mala. Intelligat igitur peccator miti⁹ q̄ par ſit ſecū agi. ſi nō omnia patiatur mala. nō modo ſm genera ſingulorꝝ verumetiā ſm ſingula generū. ſic Iob dicebat q̄ multa minora q̄ eius mereretur iniquitas pateretur/ & ipſe penitens reſpiciens homines dicit peccaui. & vere deliqui. & vt eram dignus nō recepi. Om̄is autē moleſtia triplici ſurgit a cauſa videlicet ab fortunarū incōmodo/aut ab corpis nocumēto/ aut ab honoris & amicorū diſpēdio. Grauis eſt fortunarꝝ. grauior eſt corporꝫ egritudo. grauiſſima v̄o eſt viro honoris & amicorū amiſſio. Iacturā bonorū Iob ſuſtulit patienter/ filiorū autē amiſſionem & corporis leſionem dolenter accepiſſe videtur. Ideo dicit ſathan. pellem pro pelle & cuncta que habet homo dabit pro redemptione ſua. ſed tange carnem eius niſi in faciem benedixerit tibi. Igit̄ minimū eſtimo fortunarum incōmodū. Patienter enī ferendi ſūt mutabilis fortune caſus qm̄ multi caſus incidūt rebus humanis. C. de vſu & habi. l. inter antiquam. Eo animo dimittende ſūt quo recipiende opes. ad quarū mutabilitatē ſtatus nō anim⁹ eſt mutandus. ſicut qui mare nauigāt/ad ventorū mutationē/velum non animū mutant. homo prudens proportionabiliter ad opū mēſuram ſtatum reiſa. ordinat atq̄ componit in maiori opum affluētia: maiorem. In minori minorē ſtatum tenēdo. conformiter ad illud. Eccl̄es. vi. vbi ſunt multe opes. & multi qui comedunt eas. Vbi vero tenuis eſt mēſa/ & res anguſta domi. etiā pauci incole eius. Non itaq̄ vultū neq̄ animū/ ſed modū ī diuiciarꝝ ſeu dignitatum mutationē mutabit ſapiens. qui in ſapientia manet ſicut ſol: ſtultus vero vt luna mutatur. Eccl̄i. 27. Duplex eſt aūt fortunarum calamitas. honorum & opum. Nōnullis grauior eſt dignitatum q̄ opū amiſſio. Nōnullis vero diuitiarū maior eſt cura q̄ officiorum. Caduca aūt vtraq̄ ſunt & momētanea. nullibi certa/ nec firmo īnixa fūdamēto. ſed plumarū modo flatibus pulſa cōtinuis nunc ſurſum vehuntur nunc deorſum deprimūtur. atq̄ huc & illuc inſtabili

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

motu ferunt/q̄obrem patiēter venit motus earum qualiſcūq; fuerit tolerandus. Quis niſi ſtolidus/doleat aues quo ipſe noluerit euolare? ſic & opes qn̄q; pennis aſſumptis in altiſſimū euolant celum. Prouer. 23. Quis miretur ibices non eodem ſemp loco teneri: aut fluct⁹ frequenter equoreos immutari? Porro vnūquodq; naturam propriā imitatur. Cum itaq; variabilis fortune ſit natura: nichil mirum ſi varios ſepe habeat caſus. Mirandum potius eſſet ſi ſtabilis alicubi diutius permaneret. Id enim preter naturam accideret eius: haud ſecus q̄ ſi vltra cōmunem hominum curſum quiſpiam longeuus exiſteret. Sicut autem nihil mirabile mori eſt hominē: mirabile autē ſi euaderet immortalis. ſic nichil nouum aut mirabile fortunarum eſt variatio. mirabilis autem firmitas eius. Itaq; ſapiens om̄es fortune caſus ſuſtinet patienter. cuius rei prebet teſtimoniū Salo. dicens. Doctrina viri per patientiam noſcitur. ꝓuer. 19. Sapiens enim ex preterit( preſentia metitur/memor autem tot ſupbiſſimorum aut opulentiſſimorum gloriam regum & opes in nihilum ſubito redactas vt darii: creſi: aſtiagis. pompey. neapolitanorum regū/ & lodouici ſforcie mediolani ducis/quorum ꝓpriis oculis ſpectacula vidimus. Nil mirabitur ſi tale quippiam ei acciderit: hominem ſeſe cognoſcens. iuxta pſalmiſte ammonitionem. p̄s. 9. Nichil humani & quod euenire ceteris conſueuit hominib⁹ a ſe alienum putabit. cuius rei gratia patiens ad om̄es fortune perſiſtet caſus. ❡ Eſt & alius patientie reſpectus ad dignitatum & opum incōmoda fortiter tolleranda. q̄ videlicet ſepe vitiorum & perditionis cauſa extitere dignitates atq; diuitie/quas eam ob cauſam non ſepe conſueuit deus donare ſuis electis. Ne igitur earum affluentia peruertamur/ſepe maxima dei benignitate tollunt̄ veluti cauſa quedā peſtifere damnationis & morbi. Sic bonum cenſebat pſalmiſta ſe humiliatum a deo. p̄s. 118. Imprudentiſſimus certe iudicaret̄ ablatam ſue egritudinis cauſam moleſte ferens. Gaudebit autem ſapiens ablatum ſibi fomitem mali.
❡ Secundo ad corpus ipſum accidere calamitas pōt. videlicet egritudine: vulnere aut fedatione. Egritudinem eo patienter ferre oportet quo ſanitatis anime cauſa eſſe poteſt. Secundo quo meritum patientis auget. & Tertio quo ſignū dicitur diuini eē amoris. & Quarto q̄ a natura vniuerſaliter om̄ibus debeatur. Qꝫ autem anime pariat ſanitatem quandoq; corporalis infirmitas Paulus aſſerit dicens ſe fortiorem cum infirmatur. 2. Cor. 12. Nam plurimi vitiorum deſeruere maliciam/ egritudinis cauſa: quorum ſanitatis tēpore voluptuoſam habebant conſuetudinem. Sic & beatum Franciſcū refert ſeraphicus Bo. in alium mutatū ex egritudine virum. & mores

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pariter correxiſſe ſuos. Nullus itaq ſapiens medicinam qua preſeruetur a morte abhorrebit. Sic enī dicit altiſſimus creauit de terra medicinam: & vir prudens non abhorrebit illam. Eccli. xxxviii. Eſt autem longe appetibilior anime q̄ corporis conſeruatio: qm̄ precioſior eſt anima corpore. extra de pe. & re. cum infirmitas. ¶ Meritū vero maximum nullus ambigit eſſe patientium equo animo infirmitates. Quas ideo nōnulli aſſerunt eſſe bona dei: quorū non ſum opinioni conſentaneus. Mala potius ſunt nature q̄ bona dei: tunc enim dona dei forent ſi propria ſponte deus ea homini contuliſſet: veluti Iob & ſummo forent cum gaudio accipienda veluti munus quoddā a deo datum. Sed non puto conſueuiſſe deum infirmitates ſepe hominibus dare. A natura potius prodeunt quam deus ſm propriam ſinit ire conditionem. Eſt autem humane cōditionis repleri multis miſeriis hominem. Iob. xiiii. Licet autem propria prodeant a natura ſine hominis maleficio (puta luxū vel exceſſu alio) cōtigerint hominū egritudines. Patienter tolerate maximū augent (dei gratia) meritum. & hoc quidem immēſe bonitatis dei eſt ſignum: φ que noſtris debita atq contracta ſunt facinoribus per patientiam nobis ꝓficere deus velit ad meritum. Bona dei igitur dici egritudines poſſūt prout meritorum nobis materiam preſtant. Si vero contracta bonorum cauſa operum fuerit egritudo: maius in ſe continet meritū (patientia. q̄obrē quiſquis prudens eſt) egritudines (quaſi lucroſas merces) libentiſſime acceptabit. Gaudebitq ſignū hoc habere filiorum dei. Sic enim dicitur deus recipere omnē quē diligit filium. Heb. 12. & quos amat ſepe caſtigat. Apo. 3. quaſi pater in filio ſibi complacēs (Prouer. 3.) Profecto magna foret ſeruuli gratia ſi ludo manu principis alapam ſumeret/ ſic tamē (ne nimis ponderoſa aut grauis exiſteret) ſic Iob videbatur deprecari dicens. Nolo inquit multa fortitudine contēdat mecū: nec magnitudinis ſue mole premat me. Iob 23. Sic Hieremias petebat dicens. Corripe me in miſericordia: & nō in furore ne forte ad nihilum redigas me. Hiere. x. & . ps. v. Dn̄e ne in furore tuo arguas me: neq in ira tua corripias me. An vero deceat ſanctos optare ſoſpitatem dicendū non eſſe malum vllomodo inſitum nature ſanitatis deſideriū modo ab diuina non diſcrepet voluntate/ & vbi melioris vite frugem animus pretendit optantis.

¶ Honoris autē detrimentū pre ceteris om̄ibus in ī patientiam excitat: qm̄ diuitiis preponitur honor (teſte philoſopho) quē maximū dicit eternoꝝ bonarum. Idem quoq. l. reprehendenda. C. de inſti. & ſubſti. aſſerit. propter quod maxīe iraſci homines ſolent iniuriarū & diffamationū illatione. Prudēs enī grauabit contumelia. Eccli. 21.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Contumelia (inqt Salo.) conturbat ſapiētem: & perdit robur cordis eius. Eccles. 7. Loricam durā poſſunt penetrare ſagitte. Et cor deriſ⁹ & verba mala meū. ait Alanus. Tacti ſiquidem honoris montes fu migant. ps. 143. Nichil eſt ꝙ magis irritet hominū animos ꝗ deſpectus. Sed & honoris quoqꝫ dāna patienter ferenda ſunt: qm̄ xps cum malediceretur non maledicebat / & cū pateretur nō cōminabatur. 1. Pe. 2. Contēnenda precipue ſunt vulgi maledicta: qm̄ vt quidā dixerunt nondū felix es / ſi te non turba deriſit. Purgare tñ honorem qſqꝫ tenetur: preſertim ſi crimen imponitur. Tūc enim aut crimine oportet abſolui / aut vita. Nam meo iudicio honor eſt ꝓprie vite preponendus. Non qualiſcūqꝫ: ſed qui crimine maculaꝰ. Acquirendi autē non neceſſarii honoris grā: non puto iuſtū vite contēptum. Sed neqꝫ ob cōmune & exiguum quodlibet impoſitū homini vitiū / quo grauis haud irrogatur infamia / ſubito eſt periculum vite ſubeundū: ſed maioris infamie purgatiōis cauſa. An vero virtuoſa ſit infamie patientia: prudens quiſqꝫ denegabit. eo ꝙ crudelis teſte Augu. dicatur qui famā negligit / & philoſophus fortem timere ignominiam dicit ꝙ autem ſanctoꝝ aſtipuletur glorie: infamiam tacite pertuliſſe: duplici ratione tuetur. Primo quidē ſi purgandi criminis nulla fortaſſe facultas affuerit. Vel quia inexaudibilis eſt īpoſiti criminis iudex. Vel probare innocētiam eſt īpoſſibile. Tunc enī ſilentio ferēda erit infamia. iuxta illud. vbi non eſt auditus nō effundas ſermonē. Eccli. xxxii. Secundo ſi ad infamiā res glorie plena forſitan referatur: vt q martyres confeſſione fidei opinabanꝰ infames: ferenda enī patiēter tam glorioſa fuit infamia. Eſt inqt confuſio adducēs gliam. Eccli. 4. Si quis enī infameꝰ quia doctus vt nobiles aſſolent: vel quia glorioſam in bello vel alibi nauauerit operā: non mō patienter / ſed & gaudenter infamiā ferat conſulo. ꝙ autem beatā quandā marinam legimus in vitis patrum falſo impoſitā fornicationis tuliſſe infamiā non caret ratione: qm̄ cū monachali viriliqꝫ habitu veſtiretur: nōniſi patefacto ſexu purgare ſeipām ab īpoſito crīe poterat. Hec enī impgnaſſe iuuenculam inſimulabatur cuiuſdam hoſpitis filiam cuius domū marina (vir monachuſqꝫ putata) frequentabat. Itaqꝫ ſi purgaſſet infamiam (patefacto qui pati) non autē facere impregnationem poterat ſexu / mox abdicari ſe monachorū conſortio nō ambigebat. Qđ illi grauiſſimū primo: demū monachis maxīo fore ſcandalo intelligebat. Satius itaqꝫ prudentiſſima tulit infamiā: quam ſciebat qn̄qꝫ rei euidētia (ideſt in morte) finiendā. Facit enī dn̄s iudicium iniuriam patientibus. ps. 145. ¶ Quicūqꝫ veram appetit diſcere patiētiam erectis a ſe oculis reſpiciat in crucis ligno pendentem auctorē



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vite Ieſum qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit penales mortis dolo-
res (Heb. 12.) Hic enī bonorum auctor oīm cūcta perpeſſus eſt ma-
la. dicente loco eius pſalmiſta. Circūdederunt me mala quorū nō eſt
numerus (ps. 39.) Opum quidē & dignitatū (quibus inter hoīes vti
noluit) nullam eſt paſſus iacturam. Porro corporis & honoris om̄ia
prorſus extrema perſenſit incōmoda. Corpore toto Ieſū intuere xpm
quiſquis penales pateris tui corporis egritudines / & conſpicies a plā
ta pedis vſq; ad verticē capitis in manibus laceratū plagis chriſtū.
Qđ Eſaias claro nūciauerat vaticinio dicēs. A planta pedis vſq; ad
verticem capitis nō eſt in eo ſanitas. Eſa. 1. Te autē non quaquauer
ſum aſpicies vulneribus ſauciatū. Siquidē aliqua in tui corporis par
te vacuū dolore locum inuenies. In chriſto autem conſpicies circūda
tum ſpinis. deſuper vero ꝯtuſum baculis pugniſq; nobiliſſimū caput
cicinnos cruore perfuſos. Frontē venuſtiſſimā: atq; deſiderabilē an-
gelis vultum / horridis confectū ſputis / genas antea roſidas alaparū
ictibus palefactas / limpidiſſimos poſtea cōpreſſos pugnis oculos: &
intolerabilis eorū gratie peruerſorꝝ aſpectibus cauſa velatos. labia
fauum diſtillantia veritatis atq; caritatis ſudibus cōquaſſata tōſur(.
nec doloris expertes candidiſſimi fuerūt dentes. Aſſerunt quidā de
uoti hoīes quod credulitat( habet rationē / violentia pugnorū excuſ-
ſos in chriſti ore dentes / linguā videas aridam abſinthio felleq; ſuf-
fuſam / collū dauitice aſſimilatū turri / nimio dolore ꝯtortū / pugniſq;
frequentibus conquaſſatū / humeros (quib⁹ aquile modo) pullos in
altum vehit (Deute. 32.) grauiſſimo crucis pondere preſſos. Sic enī
factum ſuper eius hūeros ꝑncipatū Eſaias. 9. predixit. brachia quib⁹
ad ſe redeuntes cōplectitur peccatores / baliſte in modū extenſa / ma
nus celi terreq; & hominū formatrices / ferreis cōfoſſas in medio ner
uorū clauis / diſtentos neruos / & violēto nimis tractu diſſolutos cor
poris artuūq; omniū nexus / pectus apertum veluti emanantē fluuiū
ſalutaris aque fontē / corpus om̄e / diſciſſa flagellis cute / ſine modo at
tritū / diſtractos caſtitatis renes / cōſciſſa verberib⁹ crura: & que cete-
rorū debilitata confortant genua diſcincta / tibias intortas / & rectiſſi
mos pedes rudi clauo cruci affixos. Huc animos / quiſquis mala pa-
teris: huc verte oculos: huc dirige mentē: & vide quoniā nō ſit dolor
ſimilis eius qui ꝓ te mortē tollerauit acerbā. Heu quid leui malo cō-
queritur homo: vbi de⁹ & homo grauiſſime pro homine contrit⁹ eſt
malis? Non pitagore platonis ve aut ariſtotelis legenda eſt doctri-
na quo fortiter mala pati diſcamus. Sed xpm in cruce doctorem ve-
luti magiſtrali ſedentem in cathedra ſine voce docentem adeamus
Illic vera oībus patientia nō ꝟborū: ſed operū inſtructione mōſtrat

¶ Si quis autē honoris detrimenta cauſatur: videat xp̄m (oīs glīe faſtigiū) ob mirabilia eius opera demoniacum. vini potatorem: ſeductorem populi vulgo dici. Poſtremo cōmuni oīm voce maleficiis vſum & malefactorem corā iudice accuſari: derideri: & ludibrio tandem vniuerſo fieri populo. q̄admodū in eius perſonam pſalmiſta p̄nunciauerat/ ego autem ſum vermis & non homo: opprobrium hominū & abiectio plebis (p̄s. 21.) Finaliter turpiſſimam in cruce obire mortem: vbi totius extitit confuſionis periodus. q̄diu enī ſupſtes homo fuerit: ſperare confuſionis extinctionem per ſuperuenturā poteſt gloriam. At ubi vitam in confuſione finierit: nichil vltra reparationis oīno relinquitur/ niſi ſequēte fuiſſet reſurrectione mirabiliter inſtaurat⁹ honor q̄ al'as oīno perierat. Si q̄s igit̄ honoris & fame diminutionem accepit/ xp̄m ſibi proponat exemplū/ & inſuper an iuſta vel iniuſta ſit criminatio conſideret. Si iuſta patienter ferat in penam peccati. quicquid inquit Ouid. ex merito patiare ferendum eſt. que venit indigne pena dolenda venit. Digne quiſq̄ patitur que mala cōmiſit. Sic enim ſcribitur in libro ſapiētie. Iuſte ſiquidem patiebātur ſm̄ ſuas nequitias. Sap̄. 18. Si vero falſa eſt criminatio nec excuti poſſit. putemus id maiorem ad gloriā profuturum. Sicut enī q̄ indignos ſibi ſumunt honores in preſenti vita/ maiore confundentur ignominia in futuro. iuxta illud Oſee. 4. gloriā eorum in ignominiā cōmutabo. Et illi quidē erunt in contumelia inter mortuos in perpetuum. (Sap̄. 4.) Sic qui īmeritas patiuntur infamias: ſi fortiter ob xp̄i amorē tulerint ampliore gloria dotabunt̄. Qui enim humiliat⁹ fuerit: erit in gloria (Iob. 22.) Qui autem iniuſto hoīm leditur iudicio: memoret̄ xp̄m nullo cōprehenſum vitio/ mortis iniquam exceпiſſe ſententiā: qua grauior nulla. Facili⁹ quidē poſſeſſionis amittēde q̄ vite iudiciū cenſem⁹. Si quis vero deſertū/ ſiue morte ſiue voluntatis aut operis elōgatione/ ſe doleat ab amicis: ꝯtemplet̄ xp̄m. Primo quidē ab diſcipulis oībus (neceſſitatis tp̄e) derelictū. Poſtremo angelorū quoq̄ & patris om̄i ſolatio deſtitutū dum clamat in cruce. Deus meus deus me⁹ vt quid dereliq̄ſti me? Si quis amicoꝝ doleat afflictione/ intelligat neminē amico tenerius ꝯpati poſſe: q̄ xp̄m matri dilecte. Multi ſunt autē patiētie fructus. videlicet aīe poſſeſſio. iuxta illud xp̄i. In patiētia vr̄a poſſidebitis aīas veſtras. Pacis cōſeruationem patiētia operat̄. eo ꝙ patiens nulli ſuccenſet: neq̄ rixarū cuicūq̄ viam aperiet: vix fieri pōt: vt quiſq̄ in patientē excandeſcat. Patientia enī mitigatur cōcitatus iraſcentiū furor/ & alligatur ne p̄rūpat ſeu concitetur amara fellis ſubita ſcaturigo. Impatiētes etiā pacificos facile ꝓuocabunt ad lites. ſentētia hec eſt Salo. Vir iracūdus



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prouocat rixas: & q patiens eſt mitigat ſuſcitatas. ℭ Terti⁹ patien-tie fructus eſt amicitie generatio. Eo enĩ amicitiã generat patiẽtia/ quo patientem & laudabilẽ atq; amabilem reddit. Laudabilis eſt pa-tiens/ quoniã multa gubernatur ſapientia. vt dicitur Prouerb. xiiii. Impatiens vero exaltat ſtultitiam ſuã. Amabilem autẽ ſeipm facit patiens/ quia virtuoſum ſe oſtendit: & quia animos ſibi cõciliat om-niũ manſuetudine ſua. Impatiens vero amicitiam nõ diu ſeruabit. ℭ Quartus patientie fructus eſt/ diuine benedictionis infuſio. Gra-tiam deus largiri patientibus conſueuit vt exemplo Iob edocemur. cui ob patientiam dñs benedixit. ℭ Quintus fructus eſt: aliene con-ſiderationis edificatio: qm̃ noſtra patientia proximi exemplum ſu-munt. Patientes enĩ ſpectaculum fiunt mũdo ſm aplm. & ad theſſa-loniceñ. dicit per tribulationem factos formã omĩbus credẽtibus. 1. Theſſalo. 1. Et alibi gratias agit pro eorum patientia in omĩbus per-ſecutionibus & tribulationibus quas patiũtur in exemplum iuſti iu-dicii dei. 2. Theſſalo. 1. ℭ Sextus fructus eſt tribulationum minora-tio. Plus enim affligitur eodem damno: impatiens q̃ patienter ſuſti-nens. Iuſtum non conturbabit quicquid ei acciderit. Impii autem re-plebuntur malo. Prouer. 13. Nolle pati: damnatorum eſt pena. Nec eſt aliud malum grauius ipſa diſplicentia atq; impatientia mali. nõ iuga thaurus amat: quod tamen odit habet. Patiens vero conformi-tate voluntatis diuine: leuius omĩa ſuffert. ℭ Septimus fructus eſt iniuriarum a domino vindicatio: quoniam faciet dñs iudicium iniu-riam patientibus. pſ. 145. Qui autem vindicari vult: a dño vindica-bitur. Eccli. xxviii. ℭ Octauus fructus eſt victorie conquiſitio: patiẽ-tes enim finaliter euadere victores ſolent quia patientia pauperum non peribit in finẽ. pſ. 9. qui autem laboris impatientes ſunt: vix pal-mam acquirent: cuius rei exemplũ nobis prebent: qui obſident ciui-tates & caſtra. Eſt enĩ melior patiens viro forti & qui dñatur animo ſuo: expugnatore vrbiũ. puer. 16. ℭ Nonus fructus eſt bonorũ ade-ptio. Solent enim patientes eſſe lucroſi: impatientes vero a ſuis do-minis facile allegantur/ quia impatiens ſuſtinebit damnũ. puer. 19. ℭ Vndecimus fructus eſt proſperitatis ſucceſſio ſemper ſolent pro-ſpera patientibus euenire: quia poſt tenebras oritur lux. Iob. xvii. ℭ Duodecimus eſt glorie comparatio quia per multas tribulatio-nes oportet nos intrare in regnum dei. Act. 14. in quod nos introdu-cat Chriſtus dominus. AMEN.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ De Prudentia.




PRudentiam intellectualem eſſe virtutem nullus ignorat: differt vero ab hiis qui ſimilitudinem habere ad ipſam videntur habitibus ſapientie & ſcientie. ſed neq; aſtutia proprie ad ipſam attinet: niſi eandem fortaſſe ac ſolertiam accipiamus. Q đ Salomon ita videtur accipere vbi ait. Aſtutus om̄ia agit cū conſilio. puer. 13. Et alibi. Aſtutus abſcondit ſe a malo: ſtult⁹ autem ꝑtranſiens affligit̃ damno. Eſt enī prudẽtis declinare a malo vbi ꝟo minoris mali fuga inducit mai⁹ neq̄q̄ prudẽtis eſt fugere. Similiter bonū eligere prudẽtis eſt: ſic tñ ne pn̄tis boni lucrū: futurum maius acquirat damnum. Neue maius amittat bonum. q̄obrem obtemperans praua iubenti ne odium damnūve aliud negando incurrat/ prudens eſſe non poteſt/ quoniam timens pruinam: irruet in niuem. Iob. vi. Incidit in ſcillam: cupiẽs vitare caribdim. Graui⁹ quippe eſt dei odium: atq; amiſſe virtutis damnum: futuraq; inferni pena/ quibuſcumq; preſentibus malis. Maior igitur nos pena manet vitiorum commiſſione / q̄ inferri ab homine damnum poſſit. At



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qui lucris iniuſte potiuntur/meliora inſenſati amittunt. Potior qui-
dem eſt dei gratia virtutiſqꝫ honos. & paradiſi gloria. terrenis oĩbus
nec modo bonis priuatur potioribus ĩiuſta lucrans: verum infinitis
ſeſe obligat malis q̄obrem nec prudens erit. Sic enim xp̄us atteſtat̃
matthei. xvi. nichil prodeſſe homini totius mundi lucrũ. anime de-
trimento poſtea inſequente. Eo igitur ab aſtutia differt prudentia. ꝙ
aſtutia eſt malarum quoqꝫ rerum ſubtilis adiuentio. Prudentia vero
tantũmõ bonoꝝ habet rationẽ. Neqꝫ enim malorum eſt virtus. Eſt
igitur aſtutus qui quorũlibet ſiue bonorum ſiue malorum ĩgenioſas
habebit inuẽtiones. Prudens vero qui ſagaciter bonorum rationem
intendit. Scientia vero eſt habitus interius demõſtratiuus teſte phi-
loſopho. 6. ethi. c. 3. & acquiritur ex precognitis. q̄obrem viſibilium &
ſupernaturalium/quo non attingunt humani ſenſus/ſcientia eſſe nõ
poteſt. Sed fides que media eſt inter opinionem & ſcientiam: a ſenſi-
bus enim oriri omnẽ noticiam dicit philoſophus. i. poſte. Sapientia
vero eſt intellectualis habitus eterna ſpeculãdo deguſtans. q̄obrem
dicitur ſapientia quaſi ſapida ſcientia. & apoſtolus dicit. Colo. 3. nos
debere que ſurſum ſunt ſapere non que ſuper terrã. & hec eſt que cun-
ctis preponitur opibus ſapiẽtia. Sap. vii. Quam ĩ altiori rationis ha-
bitaculo reor exiſtere & eſſe habitum illius portionis ſuperioris ani-
me quo leges ſpeculamur eternas. Inferiorũ autem ſcientia tantum-
modo eſt qm̃ non ſubiaceant ſenſuali hominum cognitioni ſuperna.
Speculatiuus nichilominus eſt habitus ſcientia queadmodum & ſa-
pientia. Si quis arguat ꝙ ſapientis eſt habere quorumdã demonſtra-
tionem vt vult philoſophus. 6. ethi. c. v. Dicendũ ſapientem xp̄ianũ
nõnullorum quidem habere demonſtrationem que ſuperna indicant
nobis videlicet ꝙ ſunt creature quibus arguit̃ creator eẽ. Ro. i. & ideo
non omnino demonſtratiõibus carere ſuperiorum. Aſtutia vero de
qua ſupra diximus. agibilium atqꝫ factibilium eſſe poteſt queadmo-
dum & prudentia. Circa hec enim prudentia verſatur que ab ſapien-
tia differt q̃tum ab ſpeculabilibus agibilia. Conſiderat enim ſapiẽtia
que ſurſum ſunt ſpeculabilia. Prudentia vero que inferius ſunt agi-
bilia. vt benefiant. ſic vt per ea quaſi per media tandem ad ſuperiora
veniamꝰ/itaqꝫ finem ſapientia. media vero ad finem prudentia tra-
ctat. Callidus aũt idem qui aſtutus. Vnde ſerpentẽ dixit moiſes cal-
lidiorem cunctis animantibus. Geñ. iii. quamquidem calliditatem
dominus Ieſus prudentiam improprie nominat dicens. Eſtote pru-
dentes ſicut ſerpentes. verſipellis autem idem qui & cauillator & mẽ-
dax/profert inquit pro. 14. mendacia verſipellis. cui & tergiuerſator
idẽtificat̃: licet ꝓprie tergiuerſatio ſit cõmiſſorũ criminũ denegatio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt in.c.quis aliquãdo de pe.di.i.vbi dicitur hypocrita qui more ꝑmo-
rum parẽtum tergiuerſando/peccata leuigare ꝯtendit. Cautus vero
idem qui & aduiſatus:prudens omnia ſubtiliter proſpiciẽs. Solertia
vero eſt vigilans atq; diligens prudẽtis executio. Dici aũt poteſt qua
ſi ſola ars/ſolertia.qm̃ ea que actionũ ars eſt. Prudẽtia videtur expe-
dita/ſeu habitus facilitans prudentis conceptũ in exequẽdo. Sic enĩ
habituatos quoſlibet expeditum cernimus habere ſermonẽ. pruden
tis conceptũ animo. vt grãmaticos.& philoſophus ſolertiam eandẽ
& euſtochiam dicit.6.ethi.c.vii. Sic & ea que factiuorũ eſt ars vt edi
ficatoria prudentie pars eſt.qm̃ quidem ratione fit edificium.vt phi-
loſophus ediſſerit.vi.ethi.c.3. & qm̃ plerũq; accidit fortunã ſequi artẽ
dixit agathon.quem philoſoph⁹ ibi recitat.ꝙ fortuna dilexit artẽ. &
ars fortunã.diffinitur autẽ ars habit⁹ quidã cũ vera ratione factiuus.

¶ Prudẽtia igiť proprie erit intellectualis in portiõe ſuperiori ani
me/non prout eternas ĩmediate ꝯtemplatur leges/qm̃ vt premiſim⁹
ſapientialis eſt ille habitus / ſed prout in ſecũdo portionis habitaculo
conſiſtit cõſiderando media quelibet ad vltimum finem. Nõ ſpecula
bilia.ſed agibilia/ recipiens in obiectũ. Quobrem prudens neq̃q̃ erit
qui circa vnũ vel plura bene conſiliatur.ſed qui circa omnia /eo ꝙ ſint
omnia ad vltimũ finem beatitudinis aſſequendũ neceſſaria.ita ꝙ ſi
vnum tantũmodo deſit/nichil proſint reliqua. Sic & philoſophus di
cit prudentem bene conſiliari non ſcd̃m partem ſed ſcd̃m bene viue
re totum. Itaq; prudentiam habent modo excellentiore xp̃iani anti-
quis philoſophis:qñquidẽ ad eternam beatitudinẽ omnia conſiliant̃
aſſequendam. Nullus ergo temporalium optima rõcinatione/preſti
tuens in eis finẽ/recte prudens appellabitur qm̃ nec om̃ia bene. neq;
ad vltimũ finem quo referre omnia debẽt cõſiliatur. auarus igitur &
vltionis ſeu honoris aut potiunde voluptat(ꝯſiliator ſagax. prudẽtũ
nũero minime aſcribet̃. Poſſibiliũ ꝟo(nõ autẽ ĩpoſſibiliũ)prudẽs ha
bet ꝯſiliationẽ qm̃ vana eſt ĩpoſſibiliũ ratiocinatio/neq; enĩ poſſũt vl
lomodo fieri.q̃obrẽ ſtulti eſt ĩpoſſibiliũ ꝯſiliatio. Tãto igiť ſe ſubtra-
het prudens ab ĩpoſſibiliũ cogitatu.q̃to a ſtulto diſtat prudẽs. Põt ni
hilomin⁹ ĩpoſſibiliũ eẽ volũtas deordinata q̃ lucifer equalitatẽ dicit̃
dei appetiſſe. Eſa.14. Secũdo ꝯtingẽtiũ erit ꝯſiliatio.qm̃ quoꝝ ineui
tabilis eſt neceſſitas.nõ põt eſſe ꝯſiliatio.pinde ſtolidũ eſt neceſſaria
q̃admodũ ĩpoſſibilia ꝯſiliari. Sed quare ꝑteritoꝝ prudẽtia ꝯplecti me
moriã dicit ſeneca. Neq; enĩ poſſibilia ſũt ꝑterita/qm̃ nulla eſt ad ꝑ-
teritũ potẽtia. Dicẽdũ neq̃q̃ ad ꝑterita prudẽtiã extẽdi. vt ſimpliciter
ꝑteriti habẽt rationẽ.ſed ꝓut preſẽtiũ vel futuroꝝ ꝓbere cautelã poſ-
ſũt.exẽplo ſiquidẽ preteritoꝝ: pñtia futuraq; cautius ordinam⁹. Eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aũt nõnulloꝝ vana prudentũ cõſiliatio/qm̃ executiõi cõſiliata nõ demandẽt. aut tarde vel negligenter. Sed dicit philoſoph⁹. vi. ethi. c. 7. ꝙ cõſiliari quidem oportet tarde. ideſt multo tẽpore. Opari vero conſiliata: velociter. & quidẽ priuſꝗ incipias (inquit) ꝯſulto. & cũ mature cõſuleris facto opus eſt. Ideo velox dicit̃ euſtochia. que eſt quedã ſolertia ſm̃ philoſophũ. 6. ethi. c. vii. eo igit̃ ꝙ opus exigit/pratica eſt prudentia. Sapientia vero qa circa ſũmũ bonũ ꝟſatur/non indiget alio ab ſua contẽplatione opere. qm̃ iã ſupergreſſis omnibus mediis ad ſũmũ peruenit, Omnis itaqꝫ perfectio ſapiẽtie eſt ſpeculatio eius que ſemꝑ eſt circa illud quod ſũmũ eſt. Non enim inferiorũ ſeu ſcibilium creatorum ſpeculatio: eſt ſapiẽtie actus proprie. Circa inferiora & ꝑticularia veluti circa media perueniendi ad ipſũ ſapiẽtie obiectũ prudentia verſatur. qſi ſapientie pediſſequa atrialis. ſua opatione geſtam reddens ſapientiã. ne ad neceſſaria dom⁹ dña ſe cõuertat/omiſſo ſpeculationis actu ſuo nobiliſſimo. Sapiẽtis enim eſt cauſã altiſſimã ꝯtẽplari vt vult philoſoph⁹ ĩ pricipio metha. Sic aplos legimus aliquos ordinaſſe qui mẽſis miniſtrarẽt quo ipi liberius ꝟbo vacarẽt diuino. Poteſt nichilomin⁹ etiam ꝑticulariũ eſſe ſapiẽtia. ꝗadmodũ & prudentia. Sicut enĩ in ea re dicitur prudens homo quã optime cõſiliatur atqꝫ diſponit/ſed nõ ſimpliciter prudẽs. ſi nõ bene ordinat ſm̃ totum bene viuere/ita & ſapiẽs ſi ſpeculet̃ cauſã aliquã ꝑticularẽ in ſuo quidẽ genere altiſſimã/dicitur ſapiens in eo genere cauſe. ſed nõ ſimpliciter niſi ipm̃ quoqꝫ deũ ſpeculetur. & hoc modo ſapiẽs dicitur ꝑfect⁹ architectus & cuiuſlibet artis ſiue liberalis ſiue mechanice doctiſſim⁹ magiſter. Vnde aplus. i. coꝝ. 3. ſapienti ſe aſſimilat architecto/ne repugnat aliquẽ dici ſapientẽ in malo. Iuxta illud Iere. 4. ſapientes ſunt vt faciant mala bene aũt facere neſcierũt. Sufficit enim ꝙ ſapiẽs cõſideret cauſã altiſſimã. ſiue illa ſit ĩ gñe bonoꝝ ſiue malorũ. Recte igit̃ q ſũmas opat̃ neqtias ſapiẽs dicet̃. qobrẽ & ſubtiliſſimus latro ſapiẽs erit/& bon⁹ latro. nõ reſpectu latrocinii quod in ſe malũ eſt ſed reſpectu ꝑfectiõis ingenii vel artis in modo furãdi vñ & philo. v. metha. dicit hoc modo aliquẽ dici ꝑfectũ latronẽ/& btũs Iacobus dicit quãdã eſſe ſapiam terrenã ideſt q bona terrena ſcit adipiſci ĩ qb⁹ hõ finẽ ſibi ꝯſtituit tanꝗ finẽ vltimũ. Aliquã ꝟo ſapiẽtiã aĩalẽ vt coꝝ q corꝑalib⁹ frui delitiis optĩe norũt: qb⁹ qſi vltĩo fine fruũt̃. Aliquã ꝟo ſapiẽtiã diabolicã q honores & maleficia pagũt diabolica finẽ in illis ꝯſtituẽdo ſuũ. Sapĩa ꝟo dei deſurſũ eſt/qa donũ eſt ſpirit⁹ ſcti. Iac. 3. Et hec qdẽ diuĩa ſapĩa nõ modo ſpeculatiua eſt: ſed etiã pratica/eo ꝙ iũgit ꝑ caritatẽ ꝓſuppoſita fide/animũ deo ita vt deguſtet. q ſuauis ſit dñs. ps. 33. Sapientia enim ſecũdum nomen eſt eius. Eccli. vi. ideſt

ſapida ſcientia qua quis ſapit guſtās abſcōditā dei dulcedinē. ps.30. Sapiā vero acquiſita nō infuſā habet rationē ſpeculatiui tm̄ & nō pratici. Improp̄e aūt puto dici ſapiām circa res hūanas. Prop̄e ꝟo prudētiā que noīe vtitur ſapie: eo ꝙ prudētia ꝟſeꝰ circa inferiora ad cōem hominū finē (que eſt vita preſēs) neceſſaria. referibilia tamē ad finē vltimū niſi prauitate hominis pro fine ſumātur. Sed improprie ſapientes ſeu prudētes dicūtur mali homines qm̄ vt vult philoſo. 6. ethi. Impoſſibile eſt prudētem eſſe nō bonū. ita & ſapientem. ſed īproprie dicunꝰ mali prudētes & ſapientes vt fere quedā. vnde xp̄us monuit Eſtote prudētes ſicut ſerpētes. Sūt enī quidā exquiſitores prudētie & ſapientie que de terra eſt. bar. 3. quaquidē prudētia prudētiores dicūtꝰ filii huiꝰ ſeculi filii lucis. luc. 16. Sed ꝑfecto teſte ap̄lo prudentia carnis mors eſt. Ro. 8. & tūc deſinit eſſe ꝟtus: cū malis intendit. Nichilominꝰ ꝑut eſt recta ratio agibiliū / ſic quecūqꝫ agibilia quis recte ad pretenſū finē diſponēs prudens dicitur. nō vere tamē: ſed falſe / qa nō habet obiectū ꝟtutis. Erūt itaqꝫ oēs ſubtiliter male opantes / potiꝰ induſtrii īgenioſi. & ſagaces. callidi / ꝟſuti / cauti. ꝟſipelles & aſtuti q̄ prudētes appellandi. Induſtria tamen & īgenioſitas ac ſagacitas. ſolercia & ſollicitudo ad bonū & ad malū eque ꝑtinere videtꝰ. Sūt etiā prudētie partes. docilitas. ratio: circūſpectio. ꝓuidentia. Docilitas eo eſt pars prudētie q̄ quis indicat bonū eſſe doceri ab expertis. vt dicit philoſo. 6. ethi. oportere ſenioꝝ & prudentū enūciationibꝰ attēdere in demōſtrationibus. Docilitas ꝟo q̄ naturaliter ineſt hoī qua facile docetꝰ & addiſcit. nō pars prudētie. ē enī eadēqꝫ īgenioſitas. Ad p̄terita / preſētia / & futura ſeſe extēdit prudentia ad p̄terita quidē vt eoꝝ iuuetꝰ exēplo. Ad p̄ſentia atqꝫ futura recte ordināda / que ſola eſt cauſa lectionis hiſtoriaꝝ. Qui aūt ordināde vite cā ſed voluptate animi lectione detinetꝰ geſtarū ātiquitꝰ rerū. neqꝫ q̄ prudēs ſed ſtudioſus erit Nā ſanctis quoqꝫ viris ad ſolatiū fiunt libri. vt de machabeis legitꝰ. i. macha. 14. Paulus vero vbi omnia ſcripta per cōſolationē refert ad ſpem. Ro. xv. nō ad voluptatē mō verum etiam ad vite ordinationē ſuadere lecturam videtur. qm̄ p̄cedentiū animati patientia ſanctorū. ad eandem exēplo armamur. Sic beatꝰ petrꝰ āmonet dicens. i. pe. 4. Criſto igitꝰ in carne paſſo: & vos eadē cogitatiōe armamini.

¶ Preſentia vero prudens actu recte ordinat. Secernens a malo bonum: a malo peius. Et a bono melius. quodquidem per diſcretionem (que pars eſt prudentie) fit. Eligit vero quod minus habet malicie vbi ꝑplexio incidit malorum electionis. Vbi vero libera eſt electio: quod melius ſemper eligit. non quidem quod actu melius eſt ſemper: ſed quod meliorem ſortiri poteſt finem. Sūt enim quedam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

(nunc quidem) hiis que ab prudente eliguntur meliora: ſed non ad eum valet finem bonitatis producere. quo cetera ab prudente electa puta/ſuſpicatus adeſſe in proximo hoſtem: inter auri laminas eligit gladium ſimpliciter quidem melior eſt auri lamina. ſed belli tempe vtilior eſt gladius ad hominis tuitionem: q̄obrem ſpreto eligetur auro/ ab prudente ſi neceſſitas exigat. Futura vero prudentia proſpicit qm̄ rerum exitus prudentia metit̄ teſte Boe. Preuideri enim debet quod contingere poteſt. ff. locati. l. ſi quis domū. & futuris caſibus expedit prudenter occurrere. 23. di. In nomine domini. vtinam (inquit moiſes) ſaperent & intelligerent & nouiſſima prouiderent deutero. 32. Itaq̄ prouidētia eſt que futurorum habet rationē. Prouidus ergo eſt qui debita futuris piculis parat remedia. Vnde gre. dicit. quod tollerabilius mundi mala ſuſcipimus: ſi contra hec per prouidentie clipeum munimur. Sunt autē quedam futura mala que precauere: & quedam bona que adipiſci oportet. Mala autem ſūt inſperata mors & cōſequens pena eterna. Neq̄ enim prudens ideo mortis habet cogitationem vt eam omnino euitet. mori ſiquidem neceſſe eſt. ſed preuenientem a deo fixum vite terminum prudens euitare poteſt mortem. quam imprudens anticipat. Prefixus enī. (Iob teſte. 14.) adeo eſt homini vite termin⁹ quem ſibi pſalmiſta notum fieri poſtulabat dicens. ps. 28. Notum fac michi finem meum/& numerum dierum meorum vt ſciam quid deſit michi. Ecce inquit menſurabiles poſuiſti dies meos: Hunc igitur terminū preterire nullus hominū poteſt. dicente Iob. Conſtituiſti terminos eius qui preteriri non poterunt. Abbreuiari autem Iuxta illud Iob. xvii. dies mei breuiabunt̄. Que quidem abbreuiatio contingit ex intemperantia cibi & potus. ꝑpter crapulā multi perierunt eccleſiaſtico teſte. Idem Eccli 31. que ē vita q̄ minuitur vino? Periculorum etiam incauta ſubitione moriuntur immature homines. Eccli. 3. Qui amat periculum peribit in illo. Prudens vero frugi vtitur nutrimento cuius ſuperabundantia egritudinem facit. 2. ethi. Nam licet actus ille abſtinendi ſit temperantie/cōſideratio tamē futuri mali ex caſtrimargia ſpectare ad prudentiam videtur. Itaq̄ duabus īcitatur rationibus prudens vt mortem cogitet Primo vt immaturam euitet Secundo vt patum mors inueniat veniens. Iuxta verbum xp̄i dicent(. eſtote parati. Omnis itaq̄ dies veluti vltimus eſt ordinandus. vt ait Seneca. Prudens igitur ante mortem ſatagit operari iuſticiam. Eccli. 14. ſciens ꝙ nec opus nec ratio ſunt apud inferos quo propere imus. Eccli. 9. Non expectat prudēs tarde conuerti ad dominum. ne ſerotina decipiatur penitētia. de pe. di. vii. nullus. Scit melius eſſe preuenire q̄ preueniri: ad prudentiam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quoq; ſpectat ea intentione mortē meditari vt ſe temperet a peccato. Sic enim eccleſiaſtic⁹ dicit memorare nouiſſima tua & ineternum non peccabis. prudētis eſt enim ea meditari quib⁹ effugiat vicia atq; peccata. ¶ Aliud futurum eſt malum quod prudens omnis ſtudet euitare. penam videlicet purgatoriam ſeu infernalem. hec quidem ea ſūt nouiſſima que moiſes optat homīes intelligere dicēs. Vtinā ſaperēt & ītelligerent ac nouiſſima prouiderēt. Nichil iuuat reliqua omnia effugiſſe mala: ſi negligētes in hec inciderimus. Hunc igitur exiſtima prudentem qui mala hec vltima vitat. pauperū nichilominus & idiotarum hec eſt prudentia/ ſepe q̄ doctiorum & perſpicaciū in rebus ſecularib⁹ hominum. Ad futura quoq; capeſſenda bona prudens animum vertit que preſertim optima ſunt. vt eterna felicitas. & qui eius adipiſcendi gratia/ quecunq; operatur neceſſaria. Siquidem prudentis eſt non modo finē: verum etiam que ad ꝓſecutionem eius optima ſunt media/ & hec quidem ſufficientia/ cogitare. nec ob ipſum prudens q̄a bene omnia nouit. ſed ſi efficaciter ad ea man⁹ extenderit. Pratica enim eſt prudentia/ q̄ operationē bene conſiliatorꝝ exquirit. Non igitur auditores verbi ſalutaris: ſed operatores eius (teſte Iacobo) ſaluabuntur. Sed neq; pitiſſimorum verbi doctorum finem ipſum deſiderabilem & ad conſequendum eum media docentium ſeu intelligentium erit ſalus niſi quoq; ea que alios docent opere cōpleant. Neq; enim vt ſciamus tantūmodo. quid ſit virtus eam perſcrutamur: ſed vt eā operemur. ait philoſophus. Nichil enī iuuat optima ceteris dare ſuauitatis remedia/ medicum ſibi vero nihil. prudentes itaq; ſunt licet agibilium haud proſpicacem habeant conſiliationem/ quecūq; ad ſalutem oportuna ſollicite operantes. Hec igitur eſt chriſtianorum excellens philoſophicam/ prudentia. contemnere mundi proſpera/ ſubire volenti animo aduerſa. nichili ducem temporalia quelibet pro chriſti amore damna inſtanter optima cudere opera. deſpicere carnis delectabilia. ſolerter fugere vicia. & ad ſpiritus tēdere gaudia. quo tandem mereamur eterna. AMEN.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## De temperantia.




TEmperantia corporalium (non quidem omnium) ſed guſtus & tactus/eſt ſenſuum. viſu enim quarumlibet rerum ſeu odoratu florum aut aromatum / melodiarum auditu nullus (teſte philoſopho) temperatus eſt. Speculabilium quoq; & conſiliabilium nulla eſt temperantia. Sed neq; omniū tactu intemperatus/neq; omniū abſtinentia temperatus eſt homo ſed tantūmodo animatorum corporum. ſed neq; circa omēs corporis partes ſed circa eas tantū que veneri deſeruiunt aut proxima ſunt exiſtunt Non tamen qui vtitur venereis modeſte / intemperatꝰ ſed qui effreni libidine oblectatur. ſiue per omne pratum luxuriam ducens. Sap. ii. ſiue vnico īmoderate vtatur veneris mancipio. Si quidem amoris honeſta eſt origo. ſed magnitudo deformis. q̄obrem circa extraneū & illegitimū thoꝝ ſemper intemperatus homo exiſtit. & in propriā quoq; vxorem inſaniēs: vnde ap̄lus poſſidere quemlibet vas proprium in ſāctificationem hortat᷑. Qui vero venereos omnino ignorat aut exhorret contactus. non tēperatus ſed inſenſibilis ab philoſopho

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

céſetur. quod vtiq̧ fateor. ſi naturalis obtuſione ſenſus aut ſtupiditate id huiuſmodi accidat. nō aūt ſi caſtitatis heroico habitu acquiſito vel deſuper infuſo/qm̄ talis inſenſibilitas in eo ſūmū temperantie habebit gradum. Continēs enim difficile voluptatibꝰ abſtinet qa virtutē in acquirendo habet quaſi neophitus & incipiens. & hec quidē a deo eſt continētia. Sap. 8. nec eſt digna pōderatio cōtinētis anime. Eccli 26. Hūc temperatꝰ exuperat. qui facile inſurgētes vincit motus. quē ſupexcellit heroicus. liber omnino a paſſiōe. qui & inſēſibilis ꝟtuoſe dici poteſt. nō prout vicium ſonat inſenſibilitas ſed ſūmam ꝟtutem Ecōuerſo incōtinens eſt qui nō ſufficiēter paſſionibꝰ obſiſtit. ītempatus vero qui facile in viciū ſeſe precipitē agit. beſtialis vero qui penitus ſubiacet paſſioni. quam pſalmiſta oēm dicit iniuſticiā. Nō dominet̃ (inquit ps. 118.) mei omnis iniuſtica. Hii ſunt qui letantur cū male fecerint & exultant in rebus peſſimis pro. 2. Habitus enim delectabilem facit operationem. q̄obrem qui malis gaudent/cōſeneſcere in eis dicūtur. Eccli. xi. qm̄ difficulter amouet̃ habitus a ſubiecto. Sic ītelligere Hieremiā oportet. Si poteſt ethiops mutare pellem ſuā & pardus varietates ſuas. & vos poterit( bñ facere cū didiceritis malū. Iere. 13. Non ꝙ omnino impoſſibile ſit mutare (libero exiſtente arbitrio) habitū/ſed qm̄ difficillimū eſt. Verū enīuero naturalia omnino indelebilia. nō aūt libera. licet difficilia. Et quidem difficilius naturale q̄ acquiſitum exuperamꝰ viciū: intimiꝰ enī eſt quod a natura: q̄ quod ab habitu. ¶ Omnis autem guſtus exuperantia intempatū efficit. nec refert an vile vel precioſū fuerit quod inordinate guſtatur Itaq̧ Caſtrimargi & ebrioſi oēs intēperati. nimiꝰ aūt ſomnꝰ neq̄q̄ ad intemperantiā ſpectat ſed ad deſidiam & torporem. Large tamē exceſſū omnē nōmodo corpalium ſed etiam intellectualiū atq̧ externorum luxuriā bonorū ītemperantiā quādoq̧ dicimꝰ. licet proprius exceſſum vocaremꝰ. Igitur veſtibꝰ prodigaliter vtens ītempatus ab aug. dicit̃. 41. di. quiſquis. qui ꝯmeſſatiōes parat exupantes. qui ſumptuoſa nimis edificia cōſtruit. q ꝓpenſior ad quaſlibet habetur expēſas q̄ par ſit. qui nimis vtitur verbis. qui nimiū ſono aut melodiis oblectatur. qui ſtudio īmoderate vacat. qui noxias agit vigilias. qui culpabilē fuat abſtinētiā. q cuilibet ſeu bono ſeu malo vacat intēpāter exercitio/vel in quolibet actu ſuperfluit/ītemperatus large dicitur. quem melius īmoderatū ſeu exceſſiuū diceremus. Eum quoq̧ tempatum dicimꝰ qui vbiq̧ obſeruat: ne quid nimis. viroꝵ aūt xp̄ianoꝵ qui etiam ab licitis quibuſlibet ob xp̄i amorē abſtinent/ꝑfectiſſima eſt tempantia. ¶ Ad temperantiam ſpectant moderatio. modeſtia ſobrietas. abſtinētia. caſtitas. taciturnitas. honeſtas. grauitas. verecū

dia.mortificatio.quies. Moderatio ſiquidem verborū & operum eſt debita refrenatio.ne quid nimis.vnde Salo.moderantem ſermones ſuos ſapientem exiſtimat. Immoderatā vero linguā dicit conterere ſpiritū.pro.xv. Opera quoqꝫ penitentie īmoderate magdalenā exercuiſſe teſtatur gre. Nō tamen reprehēſibilis ea īmoderatio fuit qm̄ ſicut īmoderatā exercuit vitam in voluptate. ſic īmoderatā exhibuit pn̄iam in humilitate. Immoderantia penitētie: īmoderantiā vite reſoluit. Cōtrariorū ſiquidē eadē eſt diſciplina: qm̄ ſicut vnū eſt cauſa vnius.ita oppoſitum eſt cauſa oppoſiti. Modeſtia vero quam paul⁹ monet notam omnib⁹ fieri hominib⁹. eſt quedam in oībus actibus modi obſeruatio. Eſt enim modus in reb⁹ ſūt certi deniqꝫ fines. quos vltra citraqꝫ neſcit ꝯſiſtere rectum. Hac enim modeſtia reiicitur audacia.diſſolutio.importunitas. ꝑſumptio. modeſtia vti oportet ꝑncipibus ꝟitatem dicētibus vt epheſtionē quint⁹ curti⁹ ruffus refert. ſic modeſte alexandrū reprehendiſſe vt id reprehendēdi munus videretur ab alexādro ꝑmiſſū nō autē ab epheſtiōe vſurpatū. ¶ Sobrietas vero cibi potuſqꝫ debita eſt reſtrictio quāquidē petrus aplus obſeruare hortatur dicens. Sobrii eſtote & vigilate. Sic & paul⁹ thimotheū amonet ſobrietatis. Valet enī ſobrietas ad corporis animeqꝫ ſalutē dicit enī Eccleſiaſticus exultationē anime & corporis ſobriū potū.& abſtinentem fieri longeuū. ¶ Abſtinētia vero vniuerſalis eſt omnium rerum morigerata recuſatio. Illicitorū quidem ſemp neceſſaria eſt abſtinētia: monēte petro aplo/nos abſtinere a carnalib⁹ deſideriis que militant aduerſus animā. Licitorū quoqꝫ abſtinētia laudabilis eſt. Iuxta illud. Eſt virt⁹ placidis abſtinuiſſe bonis. Nā qui in agone ꝯtendit ſm aplm ab omnib⁹ ſe abſtinet.i.coꝝ. 9. Sunt enī multa que tametſi liceāt: nō tamē expediunt. Omnia inquit aplus michi licēt: ſed nō omnia expediunt. Deteſtanda eſt igitur iniquorū peruerſitas qui neſcit abſtinere a vetitis nec gaudere debito modo cōceſſis.de cōceſ.prebē.in.vi. ¶ Caſtitas ꝟo tempantie propriiſſima eſt pars. que ſacerdotibus maxime conuenit & epiſcopis. qm̄ impoſſibile dicitur carnalibus deſideriis ſimul & deliciis ſeu diuinis oblectationibus deſeruire/qa cithara cum pſalterio non bene concordat. extra de cle.cō. diuerſis fallaciis. Nam & gētilium ſacerdotes voluptatibus abſtinebant. Refert enim diodorus. li. 4.ethiopū ſacerdotes puros caſtoſqꝫ ad culturā deoꝝ accedere/& egiptioꝝ ſacerdotes vnica poſſe vti vxore. ¶ Taciturnitas ea eſt tempati/qua ne loquatur noxia vel inania ſeipſum frenat. Hunc que nō offendit lingua beatus Iacobus predicat btm̄. Iac.3. Et Eccli. 14. dicit btm̄ q nō eſt lapſ⁹ ꝟbo. vnde catho. Virtutē primā puto eſſe ꝯpeſcere linguā. Nam & ſtultus ſi tacuerit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſapiens reputabitur. Prouer. 17. Os autē lubricum operatur ruinas. Prouer. 26. ſicut vrbs patens abſqꝫ murorū ambitu: ita vir qui nō poteſt in loquēdo cohibere ſpiritū ſuū. puer. 25. Sed non ea tēperati taciturnitas qua reticet oportuna vt ample Greg. diſſerit i. c. ſit rector. 43. diſt. Sermo enī oportunus optim⁹. ꝓuer. 15. Idem. 13. qui cuſtodit os ſuum cuſtodit aīam ſuā: qui aūt inconſiderat⁹ eſt ad loquendū ſentiet mala. Idem. 17. qui moderat̃ ſermones ſuos doctus & prudēs eſt: & precioſi ſpūs vir eruditus. Vidi ego nōnullos inopes animi ac ſcientie & ingenii: haud parum egenos nūero aſcribi prudentū. eo ꝙ raro loquerent̃. Eam ꝓfecto callebant prudentiā vt noſſent nequaꝗ̄ ſe poſſe plura facere verba: honore ſeruato. ¶ Honeſtas eſt quedam hoīs tempati maieſtas qua tū verbis: tū moribus: tū veſtibus. longe vacat a diſſolutione/imundicia/& ſcurrilitate. Sic paulus hortat̃ vt honeſte ſicut in die ambulem⁹. ꝗobrem nō puto ſatis recte nōnullos auſterioris vite hoīes imundiciam veſtiū exiſtimare ſanctitatis honorem. Neqꝫ enī ſordibus oblectatur puriſſimus deus. puritatem tū cordis: tum corporis amat: quiſquis imaculatus exiſtit. Et perſepe īmundicia corporis: immūdiciam ſordide arguit mentis. Porro per exteriora/de interioribus iudicamus. ¶ Grauitas eſt quedam temperantie apparentia qua frequentes & leues frenantur motus. hanc quidem puto magnanimi eſſe pigriciam quā philoſophus ei tribuit dicens magnanimū pigrū/ideſt grauē. eo ꝙ non facile moueatur/& lento ambulat gradu. Motuū autem leuitas & frequens corporis cōmutatio celereſqꝫ & breues paſſus: intemperati ſunt ſigna in populo graui laudari deum pſalmiſta dicit. Sed nō eſt laudabilis ſupborum grauitas/qua ſeſe ac tumeſcentes veſice inflatos oſtendūt dirūpent̃ autem illi ſine voce inflati hoīes (Sap̄. 4.) Hii ſunt ſine voce inflati qui nimia repleti ſuperbia hoīes vix alloqui condignant̃. Tempatorum autē grauitas maieſtatem quidē oſtendit: ſed humilitatem ac beniuolentiam nō excludit. ¶ Verecūdia eo eſt tempantie pars ꝙ nichil admittit inhoneſtum. temperatū oportet eſſe animū verecūdi. Nunꝗ̄ enim intēperatus verecundus erit. veretur enī quiſqꝫ que iudicat inhoneſta. iuxta illud Iob. verebar omīa opera mea. Non autē inhoneſtū facile iudicat intempatus: qđ ſibi eſt conſentaneū. tempatus vero quia inhoneſta quelibet abhorret/ veret̃. Dicitur autē gratia verecundie mulieris ſuper aurum. Eccli. 7. Sed plures ſunt quib⁹ Hieremie verbum haud iniuria accōmodatur frons mulieris facta eſt tibi noluiſti erubeſcere Hiere. 5. vt ille ſunt que nec verba nec opera verentur infanda. Non eſt emendationis vlla ſpes: vbi omīno verecundia feminam virum ve fugerit. ¶ Mortificatio ad tempantiā



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pertinet qua tum vanitatū/tum voluptuoſarū rerum ſupprimit̄ viſus.qđ pſalmiſta deum exorat dicens. Auerte oculos meos ne videant vanitatem.& Iob.9.pepigiſſe fedus cū oculis aiebat ne quicq̄ de virgine cogitaret. Auerte (inquit Eccli.9.) oculos a muliere cōptā. Que igitur vertilantes habent oculos femine vt plurimū fornicarie ſunt.iuxta illud Eccli.26.fornicatio mulieris in extollentia oculorū. Sunt enim habētes oculos plenos adulterii & inceſſabilis delicti.2.Pe.2. Nec modo aſpectū temperat mortificatio. verumetiā guſtū & tactum/qm̄ qui ſunt xp̄i carnem ſuā crucifixerunt cū vitiis & cōcupiſcentiis.Gala.5.Quoꝝ perfectiſſima eſt mortificatio: dicūt viuo ego iam nō ego:viuit aūt in me xp̄us.Sic paulus āmonet nos quidē mortuos exiſtimare ſuper terram.viuētes autē cum xp̄o in deo q eſt vita noſtra:& hec quidē abſcōdita eſt cū xp̄o in deo/qm̄ vniti per caritatē cū xp̄o vitā intrinſec⁹ habēt abſconditā ſpūalib⁹ plenā delitiis licet exterius emortui pateāt carnalibus deſideriis. Aliā vero abſcōditam credim⁹ future beatitudīs vitā. ¶Quies etiā ad tēperātiam pertinet/qm̄ ſiue ſpū/ſiue corpore intēperat⁹ quieſcere nunq̄ pōt. Similis eſt enī fluctui maris/q nūq̄ quieſcit.q̄obrē Eſa.57.Impios feruenti cōparat mari qđ quieſcere nō pōt. Tempatus aūt ecōtra ſemp quietus eſt in quē de⁹ quoq; quieſcit. Eſaia teſte. qm̄ in pace fact⁹ eſt locus eius.ps.75.Si quis aūt quietudinē nactos dimicat intēpatos. puta ſuperbū q ſuo ꝯtentat̄ honore.Luxurioſū q adepta quieſcit voluptate qua ꝓut vult fruit̄. Auarū aut tenacē q ſuis ꝯtentat̄ diuitiis. iuxta illud euāgelicū. Aīa mea habes multa bona.& Eccli.xi. Inueni requiē mihi &c̄.Rn̄deo inordinatā eſſe maloꝝ hoīm quietē veluti ſi qs in curru moto reqeſcat.Sicut enī grauia q̄libet centrū(quietis cā)naturaliter petūt:ſic ſpūs rōnales ad deum accedūt.Et ſicut magꝭ intima cētro ſeu ꝓxima/pfectius qeſcūt:ſic ꝓximiores deo ſpūs perfectius requieſcūt. Angeli ſiquidē deo īmobiliter adherentes pfecte quieſcūt.ſic & beati queādmodū metalla in viſceribus terre p formā intrinſecā inclinatiuā īmobiliter cētro adherent.Iuſti ꝟo hoīes q̄diu grati deo exiſtūt in eo quieſcūt ſed nō immobiliter/qm̄ more grauis alicui⁹ in ſupficie terre moueri facile pn̄t.Sed nūq̄ perfecta eſt in deo aīe viatoris (q̄tūlibet iuſti)quies:ſaltim reſpectu ſui qm̄ nō ꝯprehendit deū p ꝓpriā formā neq; per aliā (adeq̄te ſalti) entitatē illi⁹ repſentantē. Nam licet teſte aplo. Ro.i.Inuiſibilia dei p viſibilia cognoſcātur.Non tn̄ in plenā dei noticiā quelibet viſibilia ducere aīm poſſūt Qm̄ impoſſibile eſt creaturā adequate deū ipm creatorē repſentare Apphendit igit̄ hūanus intellect⁹ deū:ſed nō ꝯprehendit. Volūtas etiā p caritatē deo adheret vnus cū eo ſpūs effecta.i.Coꝝ.vi.ſed nō

perfecte cõplectit᷑ pleno animi deſiderio.eo ꝙ nõ ſit ei pñs per ꝓpriã formã repreſentat⁹.Ideo ſemp accendit᷑ edenti fames: & bibenti ſitis. Eccli. 24. Impoſſibile enĩ eſt perfectiore in deũ ferri amore q̃ illi⁹ preceſſerit intellectio:qm̃ nihil niſi precognitũ diligim⁹. teſte Aug. & philoſopho. Sed noſtra dei notitia debilis & imꝑfecta eſt:igitur et dilectio ꝓportionabiliter eandẽ ſortietur imꝑfectionẽ:iuſta enĩ mẽſura intellectio põderabit amorẽ.ſed nõ econuerſo amor ſemp intellectionẽ equo paſſu ſequet᷑:qm̃ libera eſt hoĩs voluntas que nõ amat neceſſario motũ. Poteſt igit᷑ intellecta quelibet bona nõ amare/aut minus q̃ deceat. Verum eniuero vltra q̃ bonũ exiſtimet nõ amabit. At vbi plus q̃ intelligat bonũ amare videbit᷑/ad ſe referet boni eſtimationem que ĩ re ipſa nõ inuenitur puta falconẽ aut equũ vel canẽ p̃nceps amori hoĩs prefert:haud ignar⁹ minoris eſſe canem q̃ hominẽ. Sic igitur videbit᷑ amor/rei eſtimationẽ preterire:qđ falſũ eſt qm̃ licet non tanti eſſe beſtiam p̃nceps intelligat vt homini ꝑponat᷑: nihilominus ad ſe refert beſtie oblectationẽ quãquidẽ ſui oblectationem hoĩ prefert.nec obſtat minorẽ eſſe ex bruto delectationem principis/q̃ ſit hoĩs eſtimatio.qm̃ poteſt minimã ſui oblectationem eſtimationi cuiuſlibet preponere hoĩs. Qui igit᷑ mala diligunt nõ niſi ꝓut rõnem boni habere vident᷑/& qui plus equo bona diligũt/nõ niſi ꝓut ab eis inique pluris q̃ deceat eſtimata ſunt:diligũt.q̃obrẽ nõ excedit amor rei eſtimationẽ:ſiue in ſe res eſtimet᷑:ſiue ad ſe diligentẽ referatur. ¶ In creaturis vero maior eſt iniquorum q̃ iuſtorũ quies: qm̃ iuſti nunq̃ in creatis finẽ ſibi preſtituunt/aut in ĩmenſum ea diligunt/queadmodũ iniqui fruẽtes vtendis. Itaqꝫ videbunt᷑ intẽperati maiorem in p̃ntib⁹ bonis quietẽ inueniſſe q̃ iuſti. Sed ꝑfecto nulla ẽ improboꝝ vera quies:qm̃ vel plurib⁹ inhiant q̃ obtineant voluptatibus:vel amiſſionis poſſeſſarũ metu ſeu actuali priuatione turbant᷑ ſeu inordinato fruẽdi deſiderio etiam in ip̃o fruitionis actu cõmouẽtur/& rabiẽ patiunt᷑/q̃obrem in requiẽ non introeũt impii. Iuraui (inquit) dñs in ira mea ꝙ nõ intrabũt in requiẽ meã. Sua (inqt Aug.) pena cuiqꝫ eſt inordinatus anim⁹. Profundius hic vomerẽ inculcare oportet. Poſſibile eſt quẽpiam preſtituto ſibi mala in re fine nihil vltro ambire. Poſſibile quoqꝫ eſt nihil amittende rei dilecte metus eũ hr̃e. Inſuper fieri põt vt nulla in ei⁹ rei fruitione ducat᷑ inſania vel ĩproba paſſione veluti habẽs in loco vſqꝫ ad finẽ vite tutiſſimo vnicũ anĩe deſideriũ amicã qua moderate/libereqꝫ & volente ipſa fruit᷑. Ergo talis quietẽ ſibi videbit᷑ inueniſſe. Eccli.xi. Inueni requiẽ mihi Nihil vltro petit:nihil metuit nec ĩproba in vtendo paſſione moueť que oblectationẽ diminuat. Ergo talis pro tẽpore felix. Reſpondeo



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dupliciter. Quietis rõnem cõſiderare hic oportere. Aut conſiderať quietis ratio ex parte quieſcentis: aut ex parte rei quietē preſtantis. Si ex parte quieſcentis: tunc poſſibile eſt cõcurrentib⁹ cauſis q̄ deſiderium cõpleant/pſtitutione finis in ea re/ hoiem quietari: quia põt nil aliud expetere. Si ꝟo conſidereť ex parte rei quietē prebentis. tūc impoſſibile eſt/quietē habere hoiem. qm̄ non eſt ſtabilis creatura & permanēs: ſed neq; ſufficiens vt homī requiē pſtet. Inſufficiens qdē qm̄ plus appetere hõ põt. Nulla enī q̄ ſūma bonitate quietari plene animus hoīs põt. Satiabor (inqt pſ. 16.) cū apparuerit gl'ia tua. Sed qm̄ fieri põt vt illi⁹ bonitať ſūme deſiderium libera volūtas repmat atq; in re qualibet creata finē ſibi pſtituat. Igitur nichil impedit q̄min⁹ ſecluſa ſūmi boni pſideratione quieſcat. Sed qm̄ ſubiecta eſt mutationi creatura (Ro. 8.) nec eſt qđ ſtare in ea ppetuo poſſit. Igiť ad motum eius neceſſario mouebiť innixus ei: veluti ſi qs naui aut curru vectus q̄tūlibet quieſcere ibi velit. nihilominus ad motū corpis pximi eius cui innitiť mediate vel īmediate mouebiť: ſic etiā impoſſibile eſt innixū creature dilectioni animū quietari: eo ꝙ cõtinuo ſubiaceat motui creatura. nichil enim eſt inter hoīes qđ nõ ſentiat mutationē: quia humani gn̄is cõditio ſemp in infinitum decurrit. C. de ve. iu. enucle. l. 2. Non enī ſtabilis eſt mundi gloria: nõ immutabiles ſunt diuitie: non deniq; īmortalis aut inuariabilis eſt creatura. q̄obrē impoſſibile eſt ab om̄i parte metū amiſſionis dilecte rei ſecludere/ q̄ enī loco tutiſſimo teneť amica: mutare ad aliū facile aīm põt/ qm̄ varium & inſtabile ſemp eſt femina. At ſi fida pmanſerit: infirmari & mori põt. ſic & reliqua oīa. ❡ Tēperat⁹ ꝟo & iuſtus & ſi pn̄tibus nõ ſūme oblectetur bonis: in quibus nūq̄ conſtituit finē. Nihilomin⁹ qa ea iuſto eſtimat pcio: multo perfecti⁹ (etiā in illis) reqeſcit q̄ iniqu⁹. eo ꝙ temperate ac debite amet. Siquidē ea tanti facit: q̄ti ſunt/ & eorum moderato vſu cõtentat⁹ eſt. q̄obrē nec inordinate plura deſiderat: nec habitis inſaniens vtitur: nec amiſſionis eorum nimia ſollicitudine conturbatur: quemadmodū impius qui nec per noctem mente requieſcit. Eccl'es. 2. Qui vbiq; (cum pax ſit) ſemper inſidias ſuſpicatur. Iob. xxv. Inordinatus etenim amor inordinatam gignit curam & metus ſollicitudinem. Temperate aūt diligens: nullam ſupfluam habet ſollicitudinem. Sicubi igiť mala diligens quieſcere videbitur: nonniſi eo quieſcet quo temperati habebit ſimilitudinem. Nam qui ſuis rebus contentatur: nec vltra petit. qui met⁹ ſollicitudinem poſuit/ & qui moderate habitis vtitur: profecto tempati habet rõnem. Differt tamen & longe diſtat a temperato ſi mala diligit/ & malis vtitur. Nemo enim temperate vti peccato poteſt. Habet qdē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

temperati ſimilitudinem imoderate vtendo: ſed intemperatus vere eſt re mala vtens.etiam ſi moderate vtatur. Actus eni vtendi trāſit ſuper indebitā materiam: vitioſus ideo eſt act⁹ reſpectu materie: & reſpectu finis. Materia eni indebita eſt/quia mala: finis quoqꝫ malus/quia ſupremo contrariaꝫ.& vltimo fini/ id eſt vite beate. Patet itaqꝫ neminem rite quietū niſi tempatum dici qua nos xp̄us beare dignetur. AMEN.

¶ Et qm̄ principaliter circa guſtum & tactum eſt temperantia illi⁹ principales erunt partes caſtitas & ſobrietas. Et quoniam ſobrietas prenuncia & cuſtos eſt caſtitatis ad eam primo mentem conuertere oportet. Eſt eni ſobrietas cibi & potus iuſta frenatio ne quid nimis. Eccleſiaſticus etiam diffuſe ſobrietatē collaudat. Eccli.31. vtere inquit frugi hiis que tibi apponuntur/& ceſſa prior cauſa diſcipline: & ne primus extendas manum ad eſcam: nec prior poſcas potum. In quibus verbis innuit in tribus ſobrietatem conſiſtere. Primo in parce cibis vtendo. Secundo in modeſte ad cibum eundo. Tertio in diſciplinate a cibo ceſſando. non tamē duo poſteriora neceſſario ad ſobrietatem attinent. ſed ad modeſtiam potius/atqꝫ honeſtatem. Nō autem eiuſdem q̄titatis reſtrictio eque om̄es facit ſobrios. quoniam vni plus: alteri vero minus cibi potuſve neceſſe eſt. Erit itaqꝫ ſobri⁹ qui ab incōuenienti & vltroneo ſibi abſtinebit alimento. Cui autem parum eſt agnus ſi eo contentus fuerit ſobrius erit. Et cui minus eſt comediſſe pullum ſi a pluri abſtineat nequaq̄ ſobrius erit. Non itaqꝫ iudicandi ſunt facile incogniti homies ꝙ ſobrii aut caſtrimargi vno in conuiuio exiſtant/cognoſcenda prius eſt vtriuſqꝫ natura: & ne per hipocriſim alter ad tempus fortaſſe abſtineat. plus poſtea edens.

¶ Sobrietas autem maxima eſt ſanitatꝫ medicina ſm medicos. & philoſophus. 2.ethi.ca. 2.dicit cibos cōmenſuratos facere augere & ſaluare fortitudinem. Superabundantes autē corrūpere. Vn̄ Eccli. xxxi. Sanitas anime & corporis ſobrius potus. In multꝫ autem eſcis dicit eſſe infirmitatem/abſtinentem vero dicit fieri longeuum.

¶ Sobrietas quoqꝫ animi eſt purgatio/tum quia nullis ſuperabundantibus ipeditur fumoſitatib⁹ cerebrū: tū qa ſanat & cuſtodit aīam in corpe ſano. Ieiuniū vero imoderatū nō habet ꝟtutꝫ rōnem: qm̄ & nocet corpori: neceſſarioꝝ ſubtractione/& ſepe ad inſaniam ducit.

¶ Sobrietas poſtremo luxuriam reprimit/quam caſtrimargia mouet: Venter (inquit Hierony.) mero eſtuans cito ſpumat in libidinem/quoniam luxurioſa res eſt vinum. Prouerb.xx. Satiati enim mechantur. Hiere.ix. Incraſſatus eni dilectus recalcitrat. Deute.32.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui delicate (inquit Salo.) nutrit ſeruum ſuum: ſentiet eum contumacem. Prouer. xxviii. Subtrahe ligna foco: ſi vis extinguere flāmas. Si carnis motꝰ: ocia vina dapes. Sine cerere enim & bacho: friget venus.

¶ Sed & magna ē ſobrietatis laus paris helenā auide ſpectauit edētem. Plures enim ſobrietas q̄ caritas reddit opinione hominum ſanctos. Non quia ſobrietas ſola hominē ſanctificet: quemadmodū caritas. Sed quia caritas in corde latet: ſobrietas vero omnibus palam eſt. Laudant vero homines quod notius eſt: quia tantūmodo vident que foris ſunt. Ipſe autē deus intuetur cor. Maxima vero eſt ſobrietatis incitatio chriſtum rememorari vltima ī neceſſitate potu aque carentem: felle autem & aceto potatum.

## ¶ De Caſtitate.




Decoram caſtitatis virtutem chriſtus pro lintheo: licet nudus in cruce ſeſe omnibus oſtentans penderet indiſſolubili habuit nexu. Nec eſt aliud quo glorioſius adornetur corpus hominis indumentū. Pulchra ſiquidem eſt caſtitatis generatio cū claritate. Sapien. 4. & que ſplendeſcere non modo animam: ſed & corpus faciat. Sicut enim luxuria (ſm Pauli ſententiā. 2. Corinth. xi.) nō ſolum anime: ſed etiam corpori maculam ingerit. Sic ecōuerſo caſtitas vtrumq; decorat. Adeo enim familiaris diuine maieſtati eſt caſtitas: vt ſola dicatur poſſe a-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nimas deo preſentare.in aucten.de leno.§.ſancimus. Porro fiducia=
liter integram quamlibet rem:atqꝫ precioſam hominibus preſenta=
mus.Integritate vero/atqꝫ precioſitate caſtitas haud dubium dita=
tur. Nimirum igitur ſi proximū deo hominem incorruptio reddit.
Sapien.6.Siquidem omnis perfectio ad ſummū ſue rationis aſcen=
dit:& vniuerſaliſſimū ſui generis omnia petunt.vt grauia centrum.
aque vero mare:abyſſus abyſſum:peccatores infernum:& bona que
libet ſummū ſue perfectionis gradum.Quoniam igitur incorrupti=
bilis omnino eſt deus: quecumqꝫ corruptionis effugiunt maculam
ad eum tanto propinquius:q̄to purius accedunt.Caſtitatem preſer=
tim feminis leges aſſerunt cōuenire.C.ad ſena. conſul.orphi.l.ſi qua
illuſtris.ff.de ritu nup.l.palam.quibus hanc offero perſuaſionem vt
ſi veſtiū ac ornamentorum mundiciam atqꝫ incorruptionem femīe
appetunt.Congruū profecto erit vt ipſam que corpus preſeruat incō
taminatum atqꝫ incorruptum caſtitatem ſollicite obſeruant. Porro
caſtitas pene ſola eſt que illuſtres reddit feminas.Neqꝫ enī aut forti=
tudo:aut prudētia:aut ſcientie amplitudo ſine alia quelibet illuſtrās
homines virtus ab feminis requiritur.ſed ſola caſtitas & domus exi
gua diligentia.quo fit vt ſi mulieribus deſit caſtitas om̄ino vitupera
biles eant/quoniam aliud non habent ad gloriam indumentū.Viri
aūt licet ad caſtitatē eque vt mulieres teneantur/nichilominus hac
deficiente/pleriſqꝫ virtutibus aliis fulgere poſſunt.vt magnanimita
te/conſilio/ſcientia/militia/& arte qualibet egregia.quibus om̄ibus
femine denudantur.Eſt nihilominus ea mulierum fragilitas:vt fa=
cile caſtitatem rogate ammittāt. Caſta eſt (inquit Ouidius) quam
nemo rogauit.Inter viros vnum ex mille Salomon ſe dicit reperiſſe
Eccles.vii. Inter feminas vero nullam. Candaulis vxor licet hone=
ſtiſſima:tamen ob eius viſam nuditatem ſe gigi proſtituit.Semira=
mis mulierum robur ſeſe voluptatibꝰ om̄ino immerſit.Helena pul=
cherrima feminarum ſeſe paridi libenter cōceſſit. Nec ſufficeret ma
nus omnes eas deſcribere:que pudorem facile abiecerunt. Fuerunt
attamen plurime que chriſti amore/ ne caſtitatis ammitterent glo=
riam/verbera/plagas/atqꝫ mortes impiiſſimas exceperunt.vt ka=
therina/Cecilia/Barbara/Agnes/Agatha/ Margareta/Appolo=
nia/Criſtina/Iuſtina.& plereqꝫ alie virgines:ſanctorum angelorum
agminibus ſociate.Nec ſilebo ad feminarum honorē duas Romil=
de & Giſulphi regis filias maxima ſeruaſſe cautela virginitatem
atqꝫ violentam corruptorum effugiſſe libidinem.Siquidem obſiden
te fortiſſimum ipſius Romilde (defuncto Giſulpho) caſtrum rege
varorum/viſum per feneſtram Romilda dilexit hoſtem. (Fictiſqꝫ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſponſalibus / hoſtis caſtro feminaq; potitus eſt: tranſacta itaq; nocte libidine plena nudam ſtipiti alligauit vxorem omni ludibriorum genere turpiter miſerrimā implēs. Cum vero filias romilde ꝟgines militibꝰ ſcortandas adiudicaſſet. Ille future calamitatis preſcie / mortuas gallinas mām̄is callide ſuppoſitas triduo / fetorē ſpirantes īmanem. Refugientibꝰ veluti putridas earū carnes ſtupratoribꝰ ꝟginitatis obſeruatrices habuerunt. Sed & modernis temporibus opinor plures caſtitati deditas mulieres q̄ viros. Nō enī cōſueuere ad viros accedere mulieres q̄admodū ad eas viri. Mille debachatis accedunt modis: ac ſi ad hoſtes īpetu deiiciendos / inferrent. Haud diſſimiles obſidentibꝰ caſtra / qui vel machinis aut muneribꝰ aut aliis mille dolis euertere aīos & menia querunt. Sic mille modis expugnat̄ mulierū caſtitas aut lenocinio & deceptiōe / lenonum & lenarū que ſuis verbis etiam lapidea poſſūt mouere corda / aut muneribꝰ / quibus dii hominesq; placātur. aut cōſuetudine qua nihil importuniꝰ. Imperceptibiliter enī cōſuetudo familiaritatē gignit. Familiaritas vero paulatim ꝟecundiā ablegat & parit amorē / & amor ignem miniſtrat: quo accenſo / neceſſe eſt circūſtantia vri. Nec deeſſe familiaribꝰ: & cōſuetudinem habētibꝰ adinuicem opportunitas poteſt. quādoq; vero iocis & ſcurrilitate caſtitas expugnatur. Nōnulli etiā violentiā adhibent. Quā non ſemp aperto clamore (ob pudorem) refellere mulieres audent. Aliquando extinctis ex induſtria luminaribus inter noctis tenebras tenebroſa exercere opera viri (feminis captis) pernicioſe conantur. Et aliquando ignorantes femine ad loca quedam ineffugibilia deducuntur / vbi ſtupratorum rabiem refellere neq̄q̄ poſſunt. Nunc vero ea eſt virorum impudentia: vt depoſita omni prorſus verecundia cum primum ad mulieres aduenerint apertis oſculis & impudicis. hincinde tactibus atq; amplexibus venerem prouocent. quam nullo femine conſenſu preuio / nichil cunctantes exercet. Non eſt autē facile mulieri tam furioſos propellere aggreſſus in puncto.

¶ Eſt aūt multiplex caſtitatis differentia. licet eandem ſpeciem cōtinētie videatur includere. Porro om̄is quorumcunq; ſiue virginum ſiue viduarum ſiue coniugatorum caſtitas vno continentie modo conficitur. Differt tamen virginum & aliorum continentium caſtitas. Eſt aūt caſtitas cōmunis continentie terminus quo virginitas etiam explicatur licet ſpecifica ſit virginum & non virginum caſtitatis differentia: ſiquidē virgo a non virgine ſpecie differt. Opinor aūt non virginum tāto excedere numero virginum caſtitatem / q̄to dignitate virginalis non virginum excedit caſtitatem. Precellit enī

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

virginitas continentiam dignitate. Sed numero preualent continẽ tes/qm̄ rara eſt puberum virginitas que vix herbatis inueniatur in pratis. At vbi forſitan reperietur. haud ſecus q̄ precioſa inter lapides margarita/ſeu inter ſpinas roſa cōputabitur. Hoc vnum ſupereſt viris qui vxores ducunt primo dubium: an primum illis auferāt pudorem. Et ſepe qui hoc magis timent/citius incurrunt periculū. Fertur etenim quendā plurimas promiſſis fallacibus ſponſalium decepiſſe: quibus poſt aſſenſum coitus edicebat nullam ſe traducturum qui in carnis copulam (quauis intercedente ſponſione) conſenſū dediſſet. Accidit vt quandā reperiret: nullomodo cōſenſū ante ſponſalia in carnis copulam concedentem/quam veluti queſitam inter ceteras virginem/traduxit vxorē. Cui cū vir aliquādo referret quas pleriſq; aliis dediſſet fallacias. Mirari aūt ꝙ eam q̄admodū ceteras nulla potuiſſet arte decipere. Reſpondit illa: neq̄q̄ chariſſime coniunx me decepiſſes. qm̄ ab alio preueniente iam decepta fueram. Sicq; nouit vir minus inueniſſe: quod plus queſiſſet.

¶ Q̄ta vero ſit virginitatis gloria narrat ambroſius: quam dicit electam a iudice: probatam a principe: dedicatam domino. cōſecratam deo. Virginalem quippe aulam xp̄us vt īhabitaret elegit q̄admodū eccl̄ia canit. Virginitatē eſſe templū ſpiritusſancti in quo plenitudo habitat diuinitatis: auguſtinus affirmat. Hanc angelis homines coequare Ieronimꝰ aſſeuerat. In carne (inquit) preter carnem viuere nō humane ſed angelice potius eſt virtutis. licet angeli nō virtute/ſed natura/virginitatem obſeruent. Non enim corpora quibus inſit libidinis deſideriū/angeli habent/ q̄admodū homines vtriuſq; ſexus. Virginitatem vero reor non modo corporis: ſed & animi expetere integritatem. Neq; enim eorum corpora pudica eſſe poſſunt qui animos habēt impudicos. Et profecto deus ipſe mauult animi q̄ corporis pudicitiam. qm̄ animi pudicitia in poteſtate hominis eſt: corpus autem fedari violentia poteſt. Vnde & ſacri canones. 32. q. v. aſſerūt non corrumpi virginitatem incorrupta mente licet vi caro fedetur. Porro culpa omnis & virtus in animo eſt. Non enim corpore ſolo/ ſed ſola voluntate peccamus. 32. q. v. propoſito. Non igitur virginitatis ammittit gloriam i cuius carne violenter aliena libido debachatur. Non tamen poſſunt ea corporis integritate gloriari qua cetere omnino incorrupte virgines ille quarum ſignaculum aliena libido (licet violenta) perrupit quod apertus probat textus in. c. qui viderit & in. c. ille famule. 32. q. v. Sicut enim nichil refert an ioco vel ſerio virginis caro proſcindatur quo ad hoc ſaltim vt integra non ſit & habeat cicatricem. Sic nichil intereſt an vi aut voluntate clauſtra vir-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ginis confringantur. Non tñ omnis & qualitercūqꝫ facta ſignaculi
virginitatis infractio: virginitatem excludit/ſed ea ſola que agentis
& patientis ſit genitaliū & ſeminum commixtione. In ea ſiquidem
ſeminum effuſione/quam ſuis debitis locis / iuncta prouocant geni-
talia/etiam in inuitis reor virginitatem ammitti. In inuitis quidem
corporis tantū. In voluntariis vero aut conſentientibus plenam.
¶ Vtrum vero illa que cōuenientiū coniūctione membrorum in in-
uitis conſurgit delectatio virginitatē omnino & plene ſecludat. Di-
co ſi nichil ex animo ad talem (que naturaliter gignitur) delectatio-
nem ſimpliciter accedit/non ammitti virginitatē: qm̄ non eſt in ho-
minis poteſtate cohibere paſſionem. Natura etenim in ea membro
rum conuenientia neceſſario delectatur. q̄obrem difficilimū erit vir
ginem / licet violenter ad primas coitus diſpoſitiones denudationē
ac etiam vltimam corporis copulationem deducta ſit / vbi conueni-
enti loco ſenſerit genitalia iungi & ab intra moueri ſentinam conti-
nere animi conſenſum/nec ad ipſam qua pene abſorbetur delectatio
nem accedat: ꝙ ſi accedat. nulli dubium virgo penitus eſſe deſinet. li-
cet culpam occaſio minuat. Hanc ob cauſam in maximo ſunt peri-
culo conſtitute virgines/ q̄ frequentem patiūtur virorum obtrecta-
tionem. Venus autem tenera in virginum carne ac iuuenili animo
celeriter excitatur ac ſi ſtupe carbo applicetur ignitus. in flammam
ſubito eleuatur. ac ſi matura pirus/paululum excuſſa facile cadat.
¶ Eſt itaqꝫ ꝟginitas triplex/animi ſcilicet/& corporis tantū & vtri-
uſqꝫ ſimul ad obſeruandā aīe virginitatē paulus āmonet dicēs. deſpō-
di vos vni viro virginē caſtā exibere chriſto: ſed timeo ne ſicut ſerpēs
euam decepit aſtutia ſua: ita & ſēſus vr̄i corrūpant̄ a ſimplicitate q̄
eſt ī xp̄o Ieſu. Hanc aīe virginitatē īpie cogitatiōes corrūpunt/& de
ſideria mala: que quaſi fures occulte ingrediunt̄. Oſee. 7. & animam
depredantur/in cunctis filiabus vrbis. treñ. 3. oculo negociante. qm̄
nichil eſt in intellectu quod prius non fuerit in ſenſu. Itaqꝫ per ſenſus
mors quaſi per feneſtras ingreditur. Ihere. 9. & anime virginitatem
occidit: que quidem male cogitationes non niſi occiſas occupant mē-
tes. q̄obrem dicitur ꝙ ocioſitas & voluptas arma ſūt hoſtis antiqui
ad miſeras aīas captiuandas. extra de renū. niſi cū pridē. Quecunqꝫ
igitur virgines animi corruptionem volunt fugere. ocium deuitent
neceſſe eſt. Ocia (inquit ouidius) ſi tollas: periere cupidinis artes.
Contēpteqꝫ iacent & ſine luce faces: venus enim ocia amat. Et pro
fecto pernicioſior eſt animi q̄ corporis libidinoſa corruptio. q̄obrem
corruptis animis Aug. dicit fugere caſtitatem: a moribus etiam in
tactis corporibus. 32. q. v. Eſt igitur maior adhibenda cautela: ne cor

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rumpatur animus: ꝗ corpus. qm̄ periculoſior atq; facilior eſt animi corruptio ꝗ corporis. Seipſa enim mens corrumpitur/nec alio indiget adiutore. Ad virginitatem vero corporis corrumpēdam/conſortem habere criminis neceſſe eſt. Virginitatem igitur mētis/etiam violenter ſtuprate habere poſſunt. Virginitatem vero corporis tm̄/ille habent que vel metum confuſionis aut pene/vel defectu opportunitatis continent ab actu ad quem ſummo deſiderio flagrant. Et harum quidem maiorem ꝗ priorum arbitror numerum. Plures certe confuſionis metus ꝗ timor diuinꝰ ab actu libidinis arcet: quarum non eſt minor culpa/ꝗ earum que facto adimplent quod affectu concipiunt. Inter vtraſq; tamen ea eſt differentia.ꝙ ille virginitatis non ammittunt gloriam que ſolius deſiderii deplorant culpā: in priſtinū ſiquidem reuertuntur ſtatum poſt penitentiam. Ille vero que corporalem ammiſere pudorem nulla penitentia in priſtinum ſtatum redire poſſunt/qm̄ nulla reparabilis arte eſt leſa pudicitia (teſte Ouidio) Cui lex de raptu virginum auctenticum prebet teſtimonium. & Hieronimus ad idem exponit illud. Amos. v. virgo iſrahel cecidit. nec eſt qui ſuſcitat eam/licet ad populū iſraheliticum ſenſꝰ prophete feratur. ℂ Sollicite igitur ſeruanda eſt virginitas quam veluti theſaurum in vaſe fictili poſſidemus ſm pauli ſententiam. vas enim fictile ſemel fractum irreparabile eſt. Sic & virginitas quam luteo in corpore gerimus/ſi ſemel conteratur nuſꝗ recuperatur. Sed rare profecto ſunt que vaſe integro pergant ad aquas periculoſus quippe illius ianue ingreſſus eſt/que nullam patitur ſeram: & que communi omnium aperiri poteſt claue. Porro ad imperatricum & reginarum aperiendas ianuas etiam ruſticorum claues apte ſunt/eque vt nobilium. Profecto facilis eſt in eas portas introitus quas non ferrū non lapides/non ligna: non paries aliquis: non deniq; ſtipula vel fenum obſtruit. Vbi nec hoſtiarius qui repellat habetur.

ℂ Virginitatem vero mentis & corporis rariſſimam in cunctis exiſtimo. Talis enim anime continentis nulla eſt digna ponderatio. eccleſiaſtici. 26. O ꝗ felix cui nunꝗ libidinis iniuſticia menti nec corpori dominata eſt: ꝙ puto pſalmiſtā oraſſe. p̄s. 118. dū dixit. Non dominetur mei omnis iniuſticia. Siquidem omnis iniuſticia libido eſt Candida ſunt omni tempore virginum indumenta. Eccl'es. 9. que nimirum dicuntur illuſtrior portio gregis chriſti.

ℂ Aureolam quandā ferunt theologi virginibus debitā cuius penitentes nuſꝗ eſſe participes poſſunt. Sic & canticum nouum ſolis dicit Iohannes. Apoca. 14. virginibus in celo conuenire: quoniam impoſſibile ſit non virginem ſe virginem canere. Nempe qui humili-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tatem/patientiam/pietatem/liberalitatem/ſobrietatem/charitatē/ fidem/& ſpem ammiſere ad eadem omnia per dignam conuerſionē reuerti poſſunt. Qui vero virginitatem ſemel perdidere. Nulla penitentia in priſtinum ſtatum reſtitui poſſunt ſcilicet vt virgines ſint Quibus proprie illud conuenit ꝙ nullus penitentia ſua deſinit eſſe nocens. ff. de ritu nup. l. palam. Poteſt nichilominus corrupta maiori ſublimata caritatis gradu ad altiorem q̄ virgo gloriam peruenire. Nunq̄ tamen hoc gaudebit virginitatis priuilegio. Itaqꝫ ceteris paribus glorioſior per omnia erit virgo. Non igitur occaſionem quiſq̄ huic ſumat peccandi ꝙ meretrices alique ꝑcedent virgines in regno dei. Matthei. 21. prout de glorioſa illa peccatrice Magdalena credimus. Quoniam nullus vnq̄ ex maleficio melioris efficitur conditionis niſi per accidens/puta quia ex peccati conſideratione plus humiliatus ad altiorem meritorum aſcendit gradum: & ſic intelligitur illud Pauli. Rom̄. 5. vbi abundauit delictum: abūdauit & gratia. Sed non impedit innocentia hominem ad eundem humilitatis & virtutum culmen attingere/ad quem nocens per penitentiā venit. Quoniam quod penitens facit bonum ex cōmiſſorum cōtritione delictorum. hec eadem iuſtus ex amore virtutis & diuine gratie deſiderio nulli dubium agere poteſt: & quidē glorioſius eſt ex affectu libero: q̄ ex debito (ob peccati ſatiſfactionē) facere bonum.

¶ Virginalis autem pudicitia non modo coitum verū etiam omnem impudicum/aſpectum/tactum/auditum/verbum/& cogitatū atqꝫ veſtimentum excludit. Nam teſte Auguſt. Impudicus oculus impudici cordis eſt nūcius. Nec dicatis vos habere pudicos animos ſi habeatis oculos impudicos. xxxii. q. v. nec ſolo tactu. Nam fornicatio mulieris in extollentia oculorum agnoſcitur. Eccli. xxvi. Igitur pepigiſſe cum oculis ſuis fedus iob. Iob. xxxi. dicebat/ne cogitaret quicq̄ de virgine. Non habent autem oculos pudicos qui quelibet inhoneſta libenter aſpiciunt/vt brutorum copulationem/picturarum infandas imagines: quibus ardentiſſime venus accenditur. Qꝫ turpis eſt impudētia parietes om̄es turpiſſimis repreſentationibus & ſcriptis dehoneſtare. adeo vt ipſa domicellarum habitatio proſtibulo videatur facile comparari verba/coitus/& membra virilia parietibus camerarum/obtinent tapetorum vicem. Mirum certe non fuſtigari eos qui talia pingunt. Iam rediiſſe ſodomorum videntur infandiſſimi mores/& pene periit caſtitas om̄is. ¶ Abſtinere etiā ab oī tactu impudico virginē decet: qm̄ vix pōt cor caſtū ſeruare: qui mēbra pudibunda ſiue alterius: ſiue ſua non erubeſcit contrectare. Nullomodo igitur ſe palpari ab viris virgines pati debent. Nunc vero

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cuiuſdã curialitatis colore pectus & vbera ỽginũ tractare: & ãplexus atq; oſcula dare viri nullaten⁹ erubeſcũt quos nec repellũt (ipſe talibus aſſuete mulieres) memẽto verbi ſapiẽtis illius qui dixit. Qui tetigerit picem inquinabit̃ ab ea. Eccles.xiii. Bonum ergo eſt mulierem nõ tangere.i.cor̃.vii. Auſcultare verba turpia virginitati cõtrariũ eſt: q̃m corrumpũt bonos mores colloquia praua.i.cor̃.xv. Sepi (inquit ſapiens Eccli.28.) aurem tuã ſpinis: & linguã neq̃ noli audire. Quecũq; igitur virgines verba ſcurrilia ſiue cantilenas turpes aut librorũ fedorũ lecturã libẽter audiũt. cor caſtũ neq̃q̃ ſe habere teſtantur. Similiter que ỽba ꝓferunt inhoneſta.ĩpudice ſunt cenſende Profecto ea debet eſſe virginis ỽecundia / vt etiã ſeipſã erubeſcat & an ſexum virilẽ aut muliebrẽ habeat / vix audeat cogitare. Igit̃ ſi q̃n carnalis in mẽtem cogitatio venerit: ſeipſam citius arguit: & ꝙ tam fide paſſioni ſubiaceat erubeſcit. Dedignaturq; tactã ſe tam vili cogitatus aculeo: cupiens de ſe ipſa quaſi de pediſſeq̃ turpi vindictã ꝓ flagitio ſumere. Vti etiam diſſoluto habitu virgines non licet: q̃m diſſoluta veſtis diſſolutionẽ indicat cordis. Igitur indutas ãcillari veſte virgines lex nõ iuuat ſi appellẽtur.ff.de iureiu. Litem apud. Verecũdam / taciturnã / modeſtã: honeſteq; cõpoſitã: deuotãq; virginẽ eſſe decet. Virginẽ vero que ſũt domini cogitare ap̃lus monet.i.cor̃.7. Si quidem omne cor mũdũ deus poſſidet / q̃m qui diligit cordis mũdiciam dicit̃ habere regẽ amicũ ꝓuer.21. Quid ergo niſi deũ / quem ſemp in corde habet ỽgo cogitare poteſt? Sicut enim ĩ celo virgines dulces hymnos poſt xp̃m curſitantes canũt. ſic & ĩ terris vbiq; eũ laudibus proſequũtur. Vnũ eſt mirandum ꝙ ab omnib⁹ ỽginitas commendatur: a pauciſſimis vero ſeruatur. Luxuria vero ab omnibus accuſatur & a pauciſſimis dãnatur. Q̃m a multis exercet̃. Ecce q̃d omnes laudant: pauci obſeruant. & q̃d omnes accuſãt omnes fere exercent. Vtrum aũt laudabilis ſit virginitas memini me ſupra explicaſſe. Porro ſi preſẽtem tm̃mõ vitam inſpicim⁹. inutilis eſt cuſtoditio caſtitatis. ſic & paul⁹ aperte dicit. Si in hac vita tantum ſperãtes eſſem⁹: miſerabiliores homines eſſem⁹ de toto mũdo. Priuat enĩ hominẽ delectatione virginitas: & ipſa quidem priuatio eſt. Nimirum igitur ſi ſemper ad maleficium machinetur. i.phi. Scd̃a eſt vidualis caſtitas ſeu eorũ qui poſt ỽginitatis ãmiſſam gloriam ab actu venereo ceſſant: qui michi videtur non minorẽ habere q̃ virginũ difficultatem / ſed & fortaſſe maiorẽ q̃m durũ eſt aſſuetuam relinquere oblectatione. In aliquibus vero ipſa experientia vilem atq; deſpectũ reddit veneris delectationẽ quam virgines dulcius aliquid ex ignorantia q̃ ſit exiſtimãtes ardentiore concupiſcunt deſiderio. Laudabiles

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

itaq; ſunt qui caſtitatem obſeruant viduale: nec ad ſcđas tranſeũt nuptias/que licet ſacris legibus & eccleſiaſticis inſtitutis nõ dãnentur: minuere nichilominus honorẽ videntur. qm̃ nõ ducuntur eis dignitatibus digni (quib⁹ ceteri homines) bigami. Non enim digni habẽtur ſacerdotio aut rebus. extra de biga. Satius tamen eſt ad ſcđas & tertias tranſire nuptias. q̃ exercere fornicationes continuas. Meli⁹ eſt (inqt aplũs. i. cor. vii.) nubere q̃ vri. An vero melius ſit viduam nubere q̃ cõtinere. in quodã q̃dtrageſimali qđ incipit multi bellantes aduerſum me: memini me dixiſſe. ℂ Porro eam que deliciis vacat viduam lõge ab honeſtate verſantẽ mortuã paul⁹ aſſeuerat. i. thi. v. Ad caſtitatẽ itaq; vidualẽ cõuenit ſemota ab virorũ cõmertio atq; cõſuetudie ꝯuerſatio. cui ꝯgruit illud eccli. 18. ne oblecter ſ ĩ turbis neq; ĩ modicis qm̃ aſſidua eſt ꝯmiſſio eoꝝ. Turtureã q̃ppe naturã debet honeſtati dedita q̃libet vidua ꝯtraxiſſe. vt nõniſi ſolitaria q̃uis loca ĩhabitet amica merori. Cui hoc vnũ ſit iuge mentis ſolatiũ: gemebũdos in xp̃i mortem voluere cogitatus. quaſi colũbe inqt ꝓpheta gemem⁹. eze. vii. Viriditatẽ ſcđi floretis effugere & aridũ crucis lignũ preſenti pro incolatu diligere. muſicales cantus in pias xp̃i lamentationes cõuertere. & reſonãtes anime cordas digito ſpũſſcti tactas q̃ſi cytharã lachrimoſis vocib⁹ cãtilenarũ cõcordare quib⁹ etiam ferrea poſſunt corda molliri. Solẽt enim repleta amoroſis doloribus corda dulcedie muſicaliũ (preſertim ſi obſurda fuerit melodia) in lacrimas & ſuſpirioſos gemitus excitari. q̃obrem non erit dubiũ ad internam (q̃ mimo ſtrepit ſono) concordẽ armoniã: cor ipſũ (veluti ex rupe ꝓfluentem largiſſime fontem) in lacrimas & dulcem fletum ꝓrũpere & dulciſſonis cantib⁹ lacrimas ĩmiſcere. Potũ leticie cũ fletu bibẽdo p̃s. 101. Nulla profecto vnq̃ cithara tam tenſas habuit cordas q̃admodum xp̃us in cruce neruos om̃es atq; artus quos cũ primũ deſiderii digitis amoroſa tetigerit anima melliſluũ & ĩcomparabilis armonie parturient ſonum. quo excita (mũdi orbata deſiderio) vidua fidelis aĩa choreas ducet honorabiles/& affectib⁹ ſublimata diuinis vſq; ad altiſſima celi faſtigia ſaltibus applicabit. Ad has choreas inuito fideles quaſcũq; viduas: que ſolum habere ſponſũ cupiunt xp̃m: quarũ ſe iudicem tutoreq; dixit. p̃s. lxvii. q̃ glorioſius eſt xp̃m q̃ aliũ quempiam virum habere maritũ? Vidua ſiquidem ab mariti ſeruitute libera: deo vacare plenis poteſt affectibus. Vacate (inqt) & videte q̃ ſuauis eſt dñs. p̃s. xlv. & abſq; viri timore/pietatis operibus põt intẽdere: viduarũ enĩ officiũ ad pietatis ordinatur opera & exercitia caritatſ. Et ꝑfecto plurium hanc agnoui eſſe gloriã matronarũ eccłias mundis lintheaminibus & aliis rebus honeſtiſſimis adornare. Rel

gioſis alimēta miniſtrare/pauperū neceſſitatibus prouidere/predi-
cationib⁹ augere frequentiā: orationū inſiſtere felicitati/& ꝯuerſatio
nem pene diuinā in omnib⁹ obſeruare. Ita vt magnā bonitatis eccle-
ſie portionē haud iīuria exiſtimē cōſiſtere in ſtatu viduali. Tercia ē
cōiugalis caſtitas: quam aug. in abraam aſſimilat Iohannis virgini
tati. licet abuſiua ſit inter oppoſita cōparatio. Nō enī inter corruptū
& incorruptū poteſt adequatio eius rei ſcilicet corruptiōis & īcorru-
ptionis haberi. Oportet aūt eiuſdē ratiōis eſſe adeq̄bilia. Poteſt enī
intelligi abrahe obediētia. Iohānis ꝟginitati equipoluiſſe ſed nō con
iugium ipſū. qm̄ ipoſſibile ſit ꝟginitatem cōiugio cōparare. nō enim
ſeinuicem patiuntur. Oportet enī plura ad caſtitatē interuenire con
iugalē. Primū quidē vt ipm̄ matrimoniū ſit legitimū ex legitimis
nuptiis copulatū. ff. de ſtatu ho. l. cum legitime. Alias aūt ſi inceſtuo-
ſū aut violentū aut vicioſū fuerit: caſtitatis nunq̄ habere poterit ho-
norem: eo ꝙ quecūq; malo iniciata ſunt principio: q̄diu pricipii mali-
tiam retinebunt/ſemꝑ vicioſum habebunt ꝓgreſſū. Inceſtuoſe igit̄
nunq̄ caſte eſſe poſſunt nuptie. Que vero prauitate libidinis/aut aua
ricie cōtaminātur. Bonificari reiecta poſſunt malicia. qm̄ mutari af-
fectus poteſt. Sola etenī cauſa nubendi apud ſanctos eſt deſiderium
ꝓlis. 32. q. 2. pudor q̄modo thobias dicit̄ oraſſe dn̄m. tho. 8. nō ob libi
dinē ſeu aliam cauſam ſed tantūmodo ad poſteritatē poſſidendā ac-
cepiſſe vxorem: quē pauci ſequūtur. Ordinatum quoq; affectū in vxo
rem virū/& vxorē in maritū habere oportet: qm̄ ſcd̄m ſexti ſētentiā.
32. q. 4 in. c. origo. nihil turpi⁹ q̄ vxorē amare vt adulterā. Deinde ho-
neſtā decet vtriuſq; fieri tractationē. ſic enī paulus āmonet vnūquēq;
vas ſuū poſſidere in honore & ſanctificatione. Cuiuſquidē monitio-
nis expoſitio melius cōſiderationi relinquitur. q̄ particulariter expli
centur. Ah q̄ verendū facinus in femīa nature inſtitutū mutare? ſeu
mulierē virilib⁹ fungi officiis? Poſtremo tempora atq; loca obſerua-
re opportet vt nec menſtrui tp̄e/nec volūtarie dieb⁹ ſaltim ſanctiori
bus vxori e dent operam rei. Porro mēſtruales cōceptus mōſtruoſos
ſepe ꝑturiunt fetus. Nam & gilboſos & claudos aut diformes ſeu le-
proſos cōtingit eo tempore filios procreari. Temporibus vero ſacris
abſtinere ſacri āmonent canones in quibus etiā antiquā romanorū
allegant ꝯſuetudinē. vnde ambroſi⁹ in. c. ſi cā. 33. q. 4. dicit. Si cā ꝓcre-
andorū filiorū ducitur vxor: non multū tempus conceſſū videtur ad
ipſum vſum: qa & dies feſti & dies ꝓceſſionis ipſa ratio concept⁹ &
partus iuxta legem ceſſare vſum carnis his debere temporib⁹ demō
ſtrant. Sunt & alii caſus/in quibus ſine culpa ſed nō ſine cauſa coniu-
ges continere cogūtur. extra vt lite pen. c. qm̄. §. ſi aūt. Sed non ſic

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

intelligant legentes vt requiſitus alter ꝯiugū alteri debitum debeat denegare. qm̄ ob maius malum vitandū/remittere legū oportet obſeruantiam. que diuinis non omnino ſtringitur inſtitutis. Itaq; obſeruanda eſt caſtitas a xp̄iano: quam xp̄us elegit in matre: ſeruauit ī opere: & cōmendauit in ſermone. Hanc vt digne obſeruemus. o fili virginis elargire digneris.

## ¶ De humilitate: aliarum virtutum efficaciſſimū fundamētum.




HVmilitatem vltimo loco ad chriſti repimꝰ pedes: ad pedes digne ponitur que ceterarū dicitur fundamētum eſſe virtutum. & primū ad virtutes proficiſcentibꝰ preſtat gradum. Humilitatē xp̄us verbo docuit & exemplo. Verbo quidem vbi dixit. diſcite a me qa mitis ſum & humilis corde (Math.xi.) & vbi dixit ſinite ꝑuulos venire ad me. ideſt humiles (Mathei.xviii.) Ideo ſubdit ibidē. nōniſi paruuloꝝ more humiliatos regnum ſuperne beatitudinis ingreſſuros. Impoſſibile igiṫ erit ſecluſa hūilitatis ꝟtute gratificari hominē deo. Nimiū aberrāt qui vel ficto reformandoꝝ ſtatuū zelo. vel qui pretenſe ꝟtutis deſiderio (relicta humilitate) in ceteros emula inflati ſeueritate ſupbiter excādeſcunt aſpero condēnantes iudicio ceteros (quos ipſi longe precedunt ſuperbia) peccatores. Non eſt autem aliud grauiꝰ ſuperbia inter homines demonaſq; peccatum. quo qui preſſus eſt/ ad infima tartari: maximo grauis pondere (ſed neſcius) cadet. Nunq̄ ſuperbus culpā agnoſcit ſuam. Abſit ergo vt xp̄i ſeruum exiſtimemus humilitate carentem. tam & ſi ceteras videatur irradiare virtutes. Exemplo autem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

christus domin⁹ eam docuit humilitatem quam nullus vnq̄ hominū
digne poterit adimplere/ humillimā primum eligere dignatus eſt
matrem.quam reſpexit. Ipſa dicente. Reſpexit humilitatem ancil-
le ſue. Demum humillimā elegit loci natiuitatem atq; habitationē
non habens in diuerſorio locum. Humillimā tenuit conſuetudinem
baptizari ſe a Iohanne voluit. Homines regem volentes eum conſti-
tuere fugit. Demones gloriā predicantes ſuā ꝯpeſcuit. Hũiles apl'os
ſocioſq; delegit. Humilē ſemper tunicā induit. verba ſēper humilia
dixit. apoſtoloꝝ pedes hũiliter lauit. Humilis coram preſide ſtetit.
denudari/interq; latrones crucifigi non renuit. Poſt glorioſā a mor-
tuis reſurrectionem ortolani formam aſſūpſit/ magdalene ceteriſq;
mulieribus ſe querentib⁹ prior occurrit. Latus mēbraq; thome pal-
panda prebere non recuſauit. Nec eſt aliquid humilitatis ab eo non
preoccupatum officium.

¶ Videndum autē erit a nobis in quibus vera conſiſtat humilitas.
Et michi quidem triplex videtur humilitas. Naturalis. Ciuilis. &
Moralis. Naturalis aūt ea eſt que naturaliter hominibus inſita/per
ſepius vicio q̄ virtuti proxima eſt. Solent enim meticuloſi atq; puſil-
lanimes humilitatis imagine decorari: ſed neq̄q̄ virtuoſa dicentur
humilitate decori. qm̄ nō virtutis ſed ignauie cā recuſabunt honores
verentur enim (pluſq̄ oporteat) exaltare ſeipſos. aut qa virtutis defe-
ctu non audeant egregiis ſeſe facinoribus immiſcere: vel qa labores
immoderate refugiunt periculaq; ignauiter metuunt. Non ſunt hu-
miles pertinaciter honorificentiā recuſantes. Sic enim dicitur in.c.
niſi cum pridem. extra de renun. Tunc in te veram humilitatem cu-
ſtodies: cum per humilitatem locū ſublimē effugies. & ꝑ obedienti-
am non dimittes. Nōnullos vero tanta induit puſillanimitate natu-
ra: vt non modo penales effugiant labores atq; honorum pericula re-
ſpuant: verum etiam ſolo venerandorum hominum cōtubernio ta-
beſcentes cōparere in publicum/ ſeu honoratorum cetui coaſſiſtere
reformident. Nec dubium tales ad oīa puſillanimes & cuiuſlibet
(etiam minime) rei formidoloſos: nichil vnq̄ preſente metu/ſuper-
be dicturos/ſeu geſtu opere ve facturos. Arroganter imperanti hu-
millime obtemperabunt. & proferenti iniurias dulcia reſpondebunt
capitaq; facile ſubiicient minitāti. Non ē autem talis laudāda hũili-
tas/que hominem priuat honore/meticuloſo inſita atq; ignauo cor-
di. Eſt nichilominus alia naturalis quidem/ſed non culpanda humi-
litas. qua non metu ſeu animi deiectione/ ſed amore quodā atq; be-
nignitate facilē qs hũilitatē inſinuat. nihil ſua ſponte ſuperbū oſten-
tans. Et horum quidē mitꝭ eſt animus a natura/vt ſanguineis/ fleu-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

maticis ſepe accidere conſueuit/quorū amicabilis eſt apud homines conuerſatio. quia neminem facile irritant/ neqꝫ ad lites commouent quas potius motas ſatagunt mitigare. Ciuilis autē humilitas quandoqꝫ inculpabilis eſt: deſpectibilis vero ſemper: laudabilis nunq̄. hoc modo humiles dicimus viles atqꝫ abiectos. quomodo daniel obſecrādo dicebat/ſuorum humilem in vniuerſa terra progeniem. Sum⁹ inquit humiles in vniuerſa terra propter peccata noſtra. Sic humili loco natos dicim⁹ pauperiore domo genitos homines. Culpabilis quādoqꝫ hec erit humilitas vbi peccatis exigētibus homo humiliationē accipiet. Iuxta illud pſalmiſte Humiliaſti nos in loco afflictionis & cooperuit nos vmbra mortis. ps̄. 43. vbi vero nullis meritis accidit homini talis humilitas. Inculpabilis quidē erit. laudabilis vero nūq̄. Nihil enī dignū laude vilitas habet/licet plerūqꝫ notabili careat culpa. q̄obrem appetibilis nō cōſueuit hoībus eſſe. porro pauperie. ignobilitate: ſubiectione: infirmitate. labore. carcere. ignominiaqꝫ conficitur. quequidem omnia deſpectibilia odioſaqꝫ fieri hominibus ſolent Itaqꝫ pauperes/ignobiles: violentoſqꝫ ſeruos: egrotos vilibus implicitos operis. vt luto paleiſqꝫ damnatos in egipto iudeos. In arenam damnatos. & in metallum capite diminutos: captiuos/ atqꝫ honore priuatos. ciuiliter humiles appellamus. Alia eſt moralis humilitas que pertinet ad virtutem: & hec eſt quandoqꝫ ficta. quandoqꝫ violenta. quādoqꝫ autem vera. & virtuoſa. Ficta eſt eorum qui vel deceptionis vel yprocriſis vel commodi cauſa ſe humiliatos oſtendunt. Eſt inquit. Eccli. 19. qui nequiter ſe humiliat/& interiora eius plena ſunt dolo. & hic nichil proficit humiliando ſe. vt idem dicit. 34. Sunt plurimi quidam yprocrite deteſtabiles/ humilem ornatū & ſuperlectilem/humilem apparatū & menſam habētes. quinimo & deſpectiſſimo ſeſe cultu amicientes/torto incedentes collo. tremula loquētes voce demiſſis oculis/proſtrationib⁹ aſſueti & extrema q̄libet humilitatis pretendentes iudicia intus elati honoris auidi. vindictarum deſideroſi. popularium toto niſu fauorem opinionemqꝫ aucupantes. & hii humiles non ſunt. verum petu lentiore inflati ſuperbia ceteris qui aperte ſuperbiunt. Igitur monet Ambro. humilitatem ſequere non que oſtenditur aut ſimulatur geſtu corporis: aut fracta voce verborum: ſed que puro cordis affectu exprimat̄. Multo deformior eſt ſuperbia que ſub quibuſdam humilitatis ſignis latet. Glorioſa (inquit. Ber.) res eſt humilitas: quā ipſa quoqꝫ ſuperbia palliare ſe appetit ne vileſcat.

¶ Deceptionis cā vt nōnulli fallaciter humiliātur ſepe quidā ſolent in promiſſionibus humiliare vocem ſuam/ atqꝫ oſculari manus ali-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qua dantis. Eccli. 29. hii ſolēt flectere genu: terramq; poplite frequē ter adire. Non eſt vſquequaq; tutum fidem nimium reuerentibus exhibere. Hiis tamē principes ceteriq; maiores facile blandiūtur quos venātibus mures cattis haud iniuria quiſpiam comparabit. Cattus enim terre dorſo herens / humiliatur inſidias muri vt mitſ / apponēs. Lucri cauſa pleriq; humiliantur vt ſeruiciales & quocunq; modo lucrum ab homine intendentes.

¶ Violentam dico humilitatem que nimia homini accidit oppreſſione. Carnis terit ſuperbiam: potus cibiq; parcitas: honoris diminutio / bonorum leſio / corporis valitudo / ceteraq; infortunia humilem reddentia hominem. Sic enim laboribus humiliatur cor eorum. ps. 106. q̄obrem pleriq; principum in pauperie populos enitūtur ſubditos obtinere ne diuiciis referti petulanti⁹ inſoleſcant. Ea enim eſt ſeruorum natura: vt caſtigationibus humiles. familiaritatibus vero atq; diuiciis inſolentes vt plurimum efficiātur. Iuxta paſcua (inquit Oſee. 13.) ſaturati ſunt & eleuauerunt cor ſuum & obliti ſūt mei. Incraſſatum dicit moiſes dilectum recalcitrare deutero. 32. Salomon etiam delicate ſeruum enutritum fieri aſſerit ꝯtumacē. Pro. 28. Afflictis ꝟo hūiles efficiūtur: afflict⁹ (inquit) & hūiliat⁹ ſū nimis. ps. 37.

¶ Nobilia vero corda vix oppreſſionibus humiliantur cōtumaciora potius auſteritate illata redduntur. Quo fit vt hiis mediis quibus animi degeneres humiliātur / nobiliores ſepius irritentur. & quibus nobiles humiliantur. degeneres erigātur. qm̄ dulcedine & amicitia nobiles humiliantur: quibus viliores facile in ſuperbiam extollunt. Auſteritate vero potentia / oppreſſione: iniuria: & nimis vilia cōtabeſcunt & ignauia corda. quibus rebus nobilia concitantur. Hinc vulgare prouerbium prodiit vngentem ſe ruſticum pungere. pungētem vero linire. Humiliari nichilomin⁹ etiā nobiles potētiſſimoſq; reges oportet ſub potenti manu dei. vt eccleſiaſticus petruſq; aplus ſaluberrime docuerunt. Non eſt enī facilis contra deum pugna: vt eccleſiaſtic⁹ aſſerit. qm̄ non eſt qui reſiſtēdo illi / pacem valeat obtinere (veluti tabulatus edocet Iob. Non decet igitur currere contra eum erecto collo) pingui ceruice peccatorē armatum. Iob. xv. reſiſtentem diuine manui pharaonem / in mediis fluctibus obtriuit de⁹. Non igitur irritemur quū nr̄is exigentib⁹ viciis flagellamur a dn̄o: qui conq̄ritur / non conuerſum ad ſe percutientem populum obſtinatū. Eſa. 9.

¶ Legimus niniuitas terrore comminati / per Ionam exitii humiliatos diuinum effugiſſe furorem. Dauid correctiōe peccati ab nathā humiliatus: tanti criminis veniā eſt aſſecutus. Achab ipſe neq̄ ficta ſe humilitate proſternens iudicium diuine manus euaſit. Humilie-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mus ergo illi animas noſtras. Vult enī deus hominē ſuis terreri iudiciis/& ad oēm ſuarum cōminationū tonitruum formidare. Super hoc (inquit Iob) expauit cor meū & emotū eſt de loco ſuo. Audiet auditionem in terrore vocis eius:& ſonū de ore illius procedentem poſt eum rugiet ſonitus:& tonabit in voce ſua mirabiliter. magnus fortitudine iudicio & iuſticia. Ideo timebunt eum viri:& non audebunt contemplari omnes qui ſibi videntur eſſe ſapientes. Iob. 37.

¶ Sunt nichilominus aliqui pertinaciore quadam obuoluti ſupbia flagellationes dei cum murmuratiōibus excipientes:non intelligētes peiora illis debita pro cōmiſſis peccatis tormenta:ni reſipiſcant. & humiliati manū potentis patienter accipiant/cor autem contritū & humiliatum non deſpicet:qui pertinax & elatū diſperdet. Hii ſūt quos petit Hieremias duplici contritione puniri:preſentia quidem mala inuite ferentes/& ad inferna poſt modum interminabiliter deſcendentes. Veram autē humilitatem dico que nulla vi/nulla fictione progignitur:neq; puſillanimitate aut vitio aliquo generat᷑. Sed ſola veritatis conflatur. Et hec intus radices habet in medio cordis. iuxta illud prophete. Humiliatio tua ī medio tui. Hec eſt qua ſeipm̄ qualis ſit homo conſiderat & equa veritatis lance modio ve iuſto mēſurat. Nichil ſibi applaudens vltra q̄ deceat honoris donat: nec vltra q̄ fas ſit ſeipm̄ inhonorat. Statera enim doloſa dicitur abhominabilis apud deum:& pondus equū voluntas eius. Prouer. xi. Sicut igit᷑ iniquum eſt vltra condignū ſibi aliquid arrogare:ſic iniquum eſt vltra q̄ deceat ſemetipm̄ peiorare. Quis (inquit eccleſiaſticus) honorabit exhonorantem aīam ſuam? Non eſt enī virtutis pars mendacium. Quicūq; autem ſeipm̄ pluſq̄ deceat inhonorat iniuſtus & mēdax eſt. Igitur Auguſtini ſententia qui humilitatis cauſa mentitur: & ſi anteq̄ mentiretur non erat peccator: mentiendo efficitur qđ nō erat. 22. q. 2. cum humilitatis. Et ibidem dicitur. c. incauti ſunt humiles qui mendacio ſe illaqueant. Et ibidem. c. Non ita caueatur arrogantia vt veritas relinquatur. Excuſauit ſe beatus pater Franciſcus non falſo dixiſſe ſe omniū maximū peccatorem. eo ꝙ niſi a dn̄o preſeruaretur peiora illis oībus fortaſſe cōmitteret:& quia fortaſſis vtilius xpi gr̄a vteren᷑ illi pctōres/ſi queadmodū & ipſi collata fuiſſet.

¶ Sunt igitur ex debito quidam ſe humiliantes : vt qui delictum agnoſcunt dicentes cum pſalmiſta. Iniquitatem meam ego cognoſco/& peccatū meum contra me eſt ſemper. Nonnulli autē ex merito ſeipſos humiliant: vt qui paupere nati domo. ſciētia ve vacui: aut corpore inualidi/nequaq̄ nobilibus ditioribus ve/ doctioribus ve/ robuſtioribus ve/comparandos ſeſe intelligunt. quibus debitum volū-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tarie rependunt honorem. Porro minoris conditionis homines ma‑
ioribus differre tenentur. vt ſubditi prelatis & dominis antiquiori‑
bus iuniores: nobilib⁹ ignobiles: beneficiati/beneficiis: diſcipuli/ma‑
giſtris: inferiores/honoratis. vt habetur in glo. in. l. i. §. ſed & ſi vicin⁹
ff. de plu. aqua ar. vbi dicitur ꝙ homo inferioris dignitatis debet ma‑
iori perſone reuerentiam exhibere. Et in. c. regum. xxiii. q. v. dicitur
ꝙ qui noluerit regibus & principibus exhibere reuerentiam: non po‑
terit apud deum premia beatitudinis obtinere. Et in. l. i. C. de offi. p̄‑
fecti vr. dicitur. ꝙ inferior gradus meritum ſuperioris agnoſcat. Idē
habes in. l. potioris gradus. C. de offi. preto. pro. & in. l. ſinguli quiq;
iudices. C. de offi. diuer. iudi. & . l. ſequenti. Nam auctoritas & digni‑
tas eſt ſeruanda quo ad iudicium: vt vult glo. in. l. i. ff. de poſtu. in p̄n.
ff. de ven. inſpi. l. i. §. ſi ſeruus. Ideo preſes facilem quidē ſe debet pre‑
bere in adeundo: ſed ſe contemni non debet pati. ff. de offi. preſi. l. ob
ſeruandum. q̄obrem dicit philoſophus. 4. poli. c. 8. Nobiles iuſte ſibi
honorem arrogare. Nobilibus enim & prelatis eo debetur honor: ꝙ
diuinam videnť exercere inter homines voluntatem: cuius iuriſdi‑
ctionem exequū̄tur ꝓximiores deo effecti ex dignitate/ergo cui ho‑
norem honorem. Ro. 13. Sunt alii ſe humiliantes ex corde magnifi‑
co: qui cum habeant quo valeant ſuperbire: humiles eſſe volunt he‑
rentes ſapiētis dicto. q̄to magnus es: humilia te in om̄ibus. Eccli. 3.
Idem. 32. rectorem te poſuerunt: noli extolli. ſed eſto inter illos quaſi
vnus ex ipſis. q̄d chriſt⁹ docuit pedes diſcipulorum dn̄s & magiſter
abluendo. Tales ſunt qui occaſione accepta minas & cōtumelias ac
aſpera verba inferendi. Nulla coacti puſillanimitate: ſed virtute po‑
tius regulati humilia reddunt verba: humiles geſtus: humilia facta.
Qui etiam opulentia referti/non auaricia detenti/ſed modeſtia ſeu
chriſti exemplo frenati/humilem potius q̄ ſuperbum eligunt appa‑
ratum: humiles domos: humilem comitatum: humilem menſam:
humiles veſtes. Et qui altiori poſtpoſita gloria: ſeu celſo dignitatis
honore neglecto. ad humilem (chriſti amore) tranſeunt religionis
ſeu alterius humilis vite ſtatum/ & inferioribus parere nō horrent.
Quā quidem humilitatem ex altis honoribus ad religionis obediē‑
tiam aduenientes obſeruant: voluntarie enim vilioribus quibuſdā
perſonis ſm̄ ſeculum ſubiiciuntur/ & parent humiliter quibus (retē‑
ta ſeculari conditione) formidabiliter imperarent. Sed nimirum ait
Grego. ſi peccator obediētie in preſenti vite breuitate ſe ſubiicit: qn̄
hanc mediator dei & hominū tenuit & tenendam precepit. xi. q. iii.
quid mirum. Humilitatem igitur obedientia comitatur in ſubdito:
quam modeſtia ſequitur in prelato.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Humilitatem vero pandũt graciles aſpectus/ dulcia verba/ temperati mores/ recollecti geſtus/ mitis conuerſatio/ prompta obediẽtia/ ſubita patientia/ facilis indulgentia/ procliuis beniuolentia/ ad honorabiles reuerentia/ ad maiores veneratio/ ad equales benigna delatio/ ad inferiores beniuola condeſcenſio/ vere humiles nulli ſe preferunt in eſtimatione/ nullum facile iudicant in operatione/ iactãtia carent/ adulationes/ laudeſq; proprias odiunt/ maioribus non ſatagunt coequari/ paribus non appetunt anteponi/ minoribus nõ cupiunt imperare/ chriſtum pre oculis intuentur/ in humilitate fundati excreſcunt/ & creſcendo ad ſummam finaliter gloriam deducunt. Quia qui ſe humiliat exaltabitur: & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Ad quam perducit perfectio xp̄iana. Hanc tu nobis inclite xp̄e propitius elargire qui es benedictus in ſecula. AMEN.

FINIS.

Incipit tabula Titulorum in hoc tractatu contentorũ.


Q[uod] chriſtiana perfectio ſeu fides ex veraci ſapieñ. fonte chriſto progreſſa eſt vide fol. i. facie. ii.

Q[uod] xp̄iana perfectio e celo traxit originẽ vide fo. ii. facie. i.

Q[uod] perfectio chriſtiana naturalem excedat perfectionem rationib⁹ demonſtratur vide fo. ii. facie. ii.

Q[uod] xp̄iana perfectio non cõſiſtit in verbis vide fo. iiii. facie. ii.

Q[uod] xp̄iana perfectio rõnem naturalẽ excedat vide fo. v. facie. ii.

Q[uod] chriſtiana perfectio progeniem Noe ad ſalutis portum deduxit vide fo. x. facie. i.

Q[uod] perfectio xp̄iana progeniẽ Noe exaltat vide fo. xi. facie. i.

Q[uod] xp̄iana p̄fectio excedat perfectionẽ patriarcharum vide fo. xi. fa. ii.

Q[uod] xp̄iana perfectio obedientiam ſeu obediẽtes multum collaudat vide fo. xii. facie. i.

Q[uod] xp̄iana perfectio patientes exaltat vide fo. xiii. facie. i.

Q[uod] xp̄iana perfectio filios iſrahel/ dños egyptiorum conſtituit & ad tempus ſuſtinuit vide fo. xiiii. facie. i.

Q[uod] perfectio xp̄iana moſaycã excedat legẽ vide fo. xiiii. facie. ii.

Q[uod] xp̄iana perfectio vnũ docet colere deum vide fo. xv. facie. i.

Q[uod] xp̄iana perfectio maior eſt q̄ fuerit prophetarum dignitas vide fol. xvii. facie. ii.

Q[uod] xp̄iana perfectio exuperat iudicum/ conſulum/ & antique legis pontificum dignitatem vide fo. xix. facie. ii.


Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# Tabula Titulorum huius tractatus.

Q̃ chriſtiana perfectio regum atq; ducū temporaliū excellat virtutem atq; dignitatem vide fo.xxiiii.facie.i.
Q̃ xp̄iana perfe.regalē excedat dignitatē tpalē vide fo. xxxv.fa.ii.
Q̃ xp̄iana perfe.trāſcēdit militarē gloriā vide fo.xxxvii.facie.ii.
Q̃ perfe.xp̄iana militarē excellat virtutē.vide.fo.xxxviii.fa.i.
Q̃ xp̄iana perfectio philoſophicā ſeu metaphiſicā ſuperet ſciētiam vide fo.xl.fa.ii.
Q̃ xp̄iana pfectio ſiue ſciētia excedit phiſicam.vide fo.xliii.facie.i. Item excedit etiam aſtrologiā.vide fo.xlvi.fa.i. Item vincit dyaleticam.vide fo.xlvii.fa.ii.
Q̃ oratio xp̄iana rethoricam excellat.vide fo.xlix.fa.ii.
Q̃ xp̄iana pfectio reuiſis oībus inueniť in cruce.fo.liii.fa.ii.
Q̃ perfectio xp̄iana cōſiſtit in virtutū exercitio.fo.liiii.fa.ii.
Q̃ xp̄iane perfectionis fundamentū ſit fides.vide fo.lvi.fa.i.
Q̃ ſpes erigit edificiū xp̄iane perfectionis.vide fo.lxiii.fa.i.
Q̃ nō ſpes dicatur a gratia & meritis ortū ſumere.fo.lxiiii.fa.i.
Q̃ ſpes virtꝰ theologica ī deo ſolo ꝯſtituiť:nō in diuitiis.fo.lxv.fa.i.
Q̃ ſpes xp̄ianorum non eſt ponenda in hoībus.fo.lxv.fa.ii.
Q̃ eſt ſperandū in deo ꝑpter ſuam omnipotentiā.fo.lxvi.fa.i. Item ꝑpter omīſcientiā ibidē fa.ii.Item propter omīiuſticiam ibidē.
Q̃ ſperare debemus temporalem a deo ſubuentionē ſaluti non derogantem.fo.lxvii. facie.ii.
Q̃ perfectio xp̄iane perfectionis eſt charitas.fo.lxviii.fa.ii.
Q̃ deus diligit ſūme bonos xp̄ianos. vide fo.lxxix.fa.ii.
An Chriſtus ſit diligendus vt deus. fo.lxxxi.facie.i.
Q̃ in crucis exercitio virtutes theologales a fideli acquiruntur. fol. lxxxii.facie.ii.
Q̃ iuſticia xp̄ianoꝝ debet eſſe pfectiſſima. fo.lxxxiii.facie.ii.
De liberalitate.fo.lxxxviii.facie.i.
Q̃ perfectionis xp̄iane decor:eſt animi fortitudo. fo.xc.facie.ii.
De patientia que eſt fortitudinis pars. fo.xcvi.facie.i.
De prudentia. fo.c.facie.i. De temperantia.fo.ciii.facie.ii.
De Caſtitate.fo.cvii.facie.ii.
De humilitate aliarum virtutum efficaciſſimū fundamentum. fol. cxii.facie.ii.
Finis tabule.

¶ Explicit tractatus de perfectione xp̄iana.R.P.Bonifacii de Ceua.Impreſſus per Magiſtrū Bertholdū Rembolt. Expēſis ꝟo Ioānis Parui bibliopole vniuerſitatis Pariſieñ.Anno dñi Milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo.Die.vi. Aprilis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte